VITA R.P. IOSEPHI ANCHIETAE SOCIETATIS IESU SACERDOTIS IN…

Sebastiano Berettari, Pedro Rodrigues, …

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
37 A
36

X 1 B 19

42-D.36.

VITA R. P. IOSEPHI ANCHIETAE SOCIETATIS IESV SACERDOTIS IN BRASILIA defuncti.

EX IIS QVAE DE EO PETRVS ROTERIGVS SOCIETATIS IESV *Præſes Prouincialis in Braſilia quatuor libris Luſitanico idiomate collegit, alijſq; monumentis fide dignis à*

SEBASTIANO BERETARIO ex eadem Societate deſcripta.

Prodit nunc primùm in Germania.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM KINCHIVM. ſub Monocerote.
M. D C. XVII.
Permiſſu Superiorum & priuil.

MVTIVS VITELLESCVS, Societatis IESV Præpoſitus Generalis.

CVM vitam P. Ioſephi Anchietæ, à P. Sebaſtiano Beretario, Societatis noſtræ Sacerdote ſcriptam, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ. 22. Februarij 1616.

MVTIVS VITELLESCVS.

LECTORI S.

CVM vita hæc R. P. IOSEPHI admiratione digna, diu expectata, tandem Lugduni Galliarũ edita, ad me perueniſſet, Germaniæ noſtræ diutius inuidere nolui, ſed ſtatim piorum hortatu forma compendioſiori prælo ſubijcere, Iuuentutis etiam Chriſtianæ meliori commodo. Vtere, pie lector, fruere; à Deo namque factum eſt iſtud, cuius manus etiamnum minimè abbreuiata

Datum Coloniæ Agrippinæ, pridie Theophoriæ feſto, Anno M. D C. XVII.

Admodum R. in Chriſto Patri,

P. MVTIO VITELLESCO, PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV,

HORATIVS CARDON LVG.

HVnc codicem ab homine tuæ Societatis, deque eiuſdem corporis viri opinione ſanctitatis magni rebus præclarè geſtis cùm elaboratum eſſe cognoſcerem, non tamen veritus ſum tot nominibus iam tuum, eumdem Lugduno Romam tibi muneris ſpecie delegare. Integer, fateor, & membris omnibus abſolutus abs te in meas venit manus; ſed nudus, & viatoris in morem cute nonnihil decolorata venit. Nunc poſteaquam puluerem ipſius ex ore deterſimus, ac natiuum colorem ex arte ſuppleuimus, eumdem quidem re ipſa, & tuum tibi ſiſtimus: ſed alium quoque, ac noſtrum, quà expolitionis quidpiam per nos-ipſi adiectum eſt, tibi fidenter inſcribimus. Grata quidem per ſe futura erat Societatis hominibus, ac externis libelli huius lectio: ſed tanto accidet iucundior, cùm ex tui nominis inſcriptione tacita incidet legentium oculis, animiſque prædicatio argumenti, atque lectionis.

Vale.

VITAE

VITAE IOSEPHI ANCHIETAE E SOCIETATE IESV

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIBER PRIMVS.

EST diuina in homines Bonitas cùm in rebus omnibus laudanda, tum in electis vndique vocandis admiratione digna prouidentia: quippe non, vt olim, gentem vnam, & ex ea paucos quos ſuo afflaret Spiritu, delegit; ſed ex omnibus gentibus, ac nationibus, quantumuis moribus inter ſe, inſtitutiſq; diuerſis, nullo diſcrimine, quos ſibi æterno ſuæ mentis decreto deſtinauit, tanquam ab vtero matris ſegregatos, ad ſuum cultũ venerationemque traducit: atque ita humana conſilia temperat, occaſionibus moderatur, euenta diſponit; vt, vel ipſis

Admodum R. in Chriſto Patri,

P. MVTIO VITELLESCO, PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV,

HORATIVS CARDON LVG.

HVnc codicem ab homine tuæ Societatis, deque eiuſdem corporis viri opinione ſanctitatis magni rebus præclarè geſtis cùm elaboratum eſſe cognoſcerem, non tamen veritus ſum tot nominibus iam tuum, eumdem Lugduno Romam tibi muneris ſpecie delegare. Integer, fateor, & membris omnibus abſolutus abs te in meas venit manus; ſed nudus, & viatoris in morem cute nonnihil decolorata venit. Nunc poſteaquam puluerem ipſius ex ore deterſimus, ac natiuum colorem ex arte ſuppleuimus, eumdem quidem re ipſa, & tuum tibi ſiſtimus: ſed alium quoque, ac noſtrum, quà expolitionis quidpiam per nos ipſi adiectum eſt, tibi fidenter inſcribimus. Grata quidem per ſe futura erat Societatis hominibus, ac externis libelli huius lectio: ſed tanto accidet iucundior, cùm ex tui nominis inſcriptione tacita incidet legentium oculis, animiſque prædicatio argumenti, atque lectionis.

Vale.

VITAE

VITAE
IOSEPHI ANCHIETAE E SOCIETATE IESV
LIBER PRIMVS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EST diuina in homines Bonitas cùm in rebus omnibus laudanda, tum in electis vndique vocandis admiratione digna prouidentia: quippe non, vt olim, gentem vnam, & ex ea paucos quos ſuo afflaret Spiritu, delegit; ſed ex omnibus gentibus, ac nationibus, quantumuis moribus inter ſe, inſtitutiſq; diuerſis, nullo diſcrimine, quos ſibi æterno ſuæ mentis decreto deſtinauit, tanquam ab vtero matris ſegregatos, ad ſuum cultũ venerationemq́ue traducit: atque ita humana conſilia temperat, occaſionibus moderatur, euenta diſponit; vt, vel ipſis

inſcijs, quos trahit, ad diuinam ipſius perficiendam voluntatem omnia conſpirent; nouaque ſuis iniecta mente, eos à rerum humanarum ſtudio abductos, ad noua conſilia, noua inſtituta, nouaque conſectanda ſtudia conuertat: tamque in ijs cum alijs eiuſdem conſilij ſocijs animorum facit coniunctionem, tantam voluntatum, morum, ſtudiorumque conſenſionem, vt homines longè diuerſis ingenijs, diuerſiſque aſſueti conſuetudinibus, ijſdem videantur nati parentibus, & ſub ijſdem tectis, eadem in familia vnà educati; vt Prophetæ illud ad noſtrum vſum in Dei laudem vertere poſsimus: *Benedictus Deus, qui congregat nos de nationibus.* Mitto alias Religioſorum virorum familias, quæ multis eximia ſanctitate, & doctrina viris ſemper floruerunt, & florent adhuc: noſtræ Societatis initia ſi repetantur, quis vnquam futurum putaſſet, vt homo ex abdita Cantabria à bello, & armis derepentè abſtractus, tam lectos ex diuerſis gentibus, Gallis, Hiſpanis, Luſitanis,

tanis, Germanis, Belgis, Italis, tamq; vnanimes duces tãta cõſenſione, tantoq; animi ardore ad Chriſti vexilla cõuocaret, ab ijſq; numeroſa item ex omnib. gentibus generoſorum militũ agmina profecta, ad ſeneſcentem iam Religionis cultum in priſtinã iuuentutẽ renouandũ; vetereq; abolita ſuperſtitione, in incultã Ethnicorũ barbariẽ Chriſtianæ veritatis lucẽ inuehendã, vniuerſas orbis terræ partes tã breui tempore peragrarent? nimirum id ille Spiritus operatur, qui *habitare facit vnius moris in domo*. Idem ipſe diuinus Spiritus Ioſephum Anchietam noſtrę ſuſceptæ narrationis argumentum, delegit, in quem vberem donorũ ſuorum copiã effunderet, eumq; è terris à noſtra conſuetudine, noſtroque cultu remotiſsimis, extra noſtri orbis fines, in media Oceani vaſtitate conſtitutis, & inſulis vix antiquitati, notis, per multa interualla ſæculorum ne notis quidem niſi nomine; & in quas vix Euangelij lucem illatam eſſe exiſtimares, quaſi Abrahamum ex Vr Chaldæorum eductum, in terras

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
37 A
36

X 1 B 19

42-D.36.

VITA R. P. IOSEPHI ANCHIETAE SOCIETATIS IESV SACERDOTIS IN BRASILIA defuncti.

EX IIS QVAE DE EO PETRVS ROTERIGVS SOCIETATIS IESV *Præſes Prouincialis in Braſilia quatuor libris Luſitanico idiomate collegit, alijsq; monumentis fide dignis à*

SEBASTIANO BERETARIO
ex eadem Societate deſcripta.

Prodit nunc primùm in Germania.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM KINCHIVM. ſub
Monocerote.
M. D C. XVII.
Permiſſu Superiorum & priuil.

MVTIVS VITELLESCVS,
Societatis IESV Præpoſitus
Generalis.

CVM vitam P. Ioſephi Anchietæ, à P. Sebaſtiano Beretario, Societatis noſtræ Sacerdote ſcriptam, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur, ſi ita ijs, ad quos pertinet, vdiebitur. In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ. 22. Februarij 1616.

MVTIVS VITELLESCVS.

LECTORI S.

CVM vita hæc R.P. IOSEPHI admiratione digna, diu expectata, tandem Lugduni Galliarũ edita, ad me perueniſſet, Germaniæ noſtræ diutius inuidere nolui, ſed ſtatim piorum hortatu forma compendioſiori prælo ſubijcere, Iuuentutis etiam Chriſtianæ meliori commodo. Vtere, pie lector, fruere; à Deo namque factum eſt iſtud, cuius manus etiamnum minimè abbreuiata. Datum Coloniæ Agrippinæ, pridie Theophoriæ feſto, Anno M. D C. XVII.

Admodum R. in Chriſto Patri,

P. MVTIO VITELLESCO, PRAEPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV,

HORATIVS CARDON LVG.

HVnc codicem ab homine tuæ Societatis, deque eiuſdem corporis viri opinione ſanctitatis magni rebus præclarè geſtis cùm elaboratum eſſe cognoſcerem, non tamen veritus ſum tot nominibus iam tuum, eumdem Lugduno Romam tibi muneris ſpecie delegare. Integer, fateor, & membris omnibus abſolutus abs te in meas venit manus; ſed nudus, & viatoris in morem cute nonnihil decolorata venit. Nunc poſteaquam puluerem ipſius ex ore deterſimus, ac natiuum colorem ex arte ſuppleuimus, eumdem quidem re ipſa, & tuum tibi ſiſtimus: ſed alium quoque, ac noſtrum. quà expolitionis quidpiam per nos ipſi adiectum eſt. tibi fidenter inſcribimus. Grata quidem per ſe futura erat Societatis hominibus, ac externis libelli huius lectio: ſed tanto accidet iucundior, cùm ex tui nominis inſcriptione tacita incidet legentium oculis, animiſque prædicatio argumenti, atque lectionis.

Vale.

VITAE

VITAE IOSEPHI ANCHIETAE E SOCIETATE IESV

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIBER PRIMVS.

EST diuina in homines Bonitas cùm in rebus omnibus laudanda, tum in electis vndique vocandis admiratione digna prouidentia: quippe non, vt olim, gentem vnam, & ex ea paucos quos ſuo afflaret Spiritu, delegit; ſed ex omnibus gentibus, ac nationibus, quantumuis moribus inter ſe, inſtitutiſq; diuerſis, nullo diſcrimine, quos ſibi æterno ſuæ mentis decreto deſtinauit, tanquam ab vtero matris ſegregatos, ad ſuum cultũ venerationemque traducit: atque ita humana conſilia temperat, occaſionibus moderatur, euenta diſponit; vt, vel ipſis

inſcijs, quos trahit, ad diuinam ipſius perficiendam voluntatem omnia conſpirent; nouaque ſuis iniecta mente, eos à rerum humanarum ſtudio abductos, ad noua conſilia, noua inſtituta, nouaque conſectanda ſtudia conuertat: tamque in ijs cum alijs eiuſdem conſilij ſocijs animorum facit coniunctionem, tantam voluntatum, morum, ſtudiorumque conſenſionem, vt homines longè diuerſis ingenijs, diuerſiſque aſſueti conſuetudinibus, ijſdem videantur nati parentibus, & ſub ijſdem tectis, eadem in familia vnà educati; vt Prophetæ illud ad noſtrum vſum in Dei laudem vertere poſsimus: *Benedictus Deus, qui congregat nos de nationibus.* Mitto alias Religioſorum virorum familias, quæ multis eximia ſanctitate, & doctrina viris ſemper floruerunt, & florent adhuc: noſtræ Societatis initia ſi repetantur, quis vnquam futurum putaſſet, vt homo ex abdita Cantabria à bello, & armis derepentè abſtractus, tam lectos ex diuerſis gentibus, Gallis, Hiſpanis, Luſitanis,

tanis, Germanis, Belgis, Italis, tamq́; vnanimes duces tãta cõſenſione, tantoq́; animi ardore ad Chriſti vexilla cõuocaret, ab ijſq́; numeroſa item ex omnib. gentibus generoſorum militũ agmina profecta, ad ſeneſcentem iam Religionis cultum in priſtinã iuuentutẽ renouandũ; vetereq́; abolita ſuperſtitione, in incultã Ethnicorũ barbariẽ Chriſtianæ veritatis lucẽ inuehendã, vniuerſas orbis terræ partes tã breui tempore peragrarent? nimirum id ille Spiritus operatur, qui *habitare facit vnius moris in domo.* Idem ipſe diuinus Spiritus Ioſephum Anchietam noſtrę ſuſceptæ narrationis argumentum, delegit, in quem vberem donorũ ſuorum copiã effunderet, eumq́; è terris à noſtra conſuetudine, noſtroque cultu remotiſsimis, extra noſtri orbis fines, in media Oceani vaſtitate conſtitutis, & inſulis vix antiquitati, notis, per multa interualla ſæculorum ne notis quidem niſi nomine; & in quas vix Euangelij lucem illatam eſſe exiſtimares, quaſi Abrahamum ex Vr Chaldæorum eductum, in terras

lætiores, vberioreſque, atque adeò in ipſos; vt ita dicam, Religionis Elyſios lectiſsimũ germen tranſplantaret. Nempè *non eſt* (vt inquit Petrus) *perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*

FVIT hic multis, magniſque donis à Deo cumulatus; multaque, & admiratione digna diuinã in eo virtutem ineſſe declararunt. Quæ, quãquam in priuatis fermè rebus, & familiaribus perſpecta ſunt, nolim tamen ea quiſquam putet minoris eſſe facienda, quàm ſi in magnis rebus, arduiſq; negotijs, in clara multarum gentium luce, & magnorum Regum ac procerum oculis geſta eſſent. Non enim minùs in rebus prauis, quam in magnis diuinę ſunt artes admirandę: neue minorũ ſunt indicia virtutum, quę in tenuibus, quàm quę in præclaris rebus, & illuſtribus miracula eueniunt: tamq; diuinũ fuit formicæ minutiſsimæ beſtiolæ, quam elephanti pecudum omnium maximæ animã, & vitã indidiſſe. Tam fuit Helias ad-

miran-

mirandus cùm farinæ pugillũ, & lecythum olei mulieris viduæ perennem fecit, quã cum igne de cęlo euocato quinquagenarios duces à Rege miſſos momẽto cum ſuis cohortibus abſumpſit. Nec quia triennális illa ſiccitas, quæ ad illius iuſſum Regnũ afflixit Iſraëlis, aut clara de Baalis Prophetis victoria illũ fecêre ad homines clariorem, idcirco minus in eo diuinũ fuit, cũ in fuga ſolus per deuia, & ſolitudines ſubcinericia placẽtula recreatus, quadraginta dierum nuſquam conſiſtens menſus eſt iter. Hæc idcirco attigi, ne quis multarum rerum narratione, quæ naturæ excedunt facultatem, ſoloq; diuino Numine geſtę ſunt; quoniam in rebus tenuibus, priuatoſq; inter homines eluxère, exiſtimet diuinam virtutẽ rerum noſtrarum magnitudine, paruitateve metiendã eſſe; ſpiritualemq; ſanctimoniã, diuiniq; Spiritus dona, quanta quæq; ſint, noſtra æſtimatione, noſtriſq; momentis expendenda. Diuinã in ſublimibus, humilibuſve rebus ſuam potentiã declarare, diuini

 ſolius

ſolius eſt iudicij: multiq;ue ſancti viri, & in magnis, & in paruis rebus, vt res tulit, aut prophetica prænotione, aut diuino miraculo gratiam ſibi diuinitùs collatã declararunt: neq; tamen rerum diſcrimina, momentave diuini Spiritus, gratiæve momẽta in reb⁹ illis, graduſq; diſcreuêre. Quãquam ſi quis in Ioſephi rebus accuratè introſpiciat, rerum ſplendorẽ intelliget nõ ſemper deſiderari. Sed ſiue parua, ſiue magna illa ſint, habeant ipſa ſuã quæq; admirationẽ, vitæ innocentiã, religioſam obſeruantiã, integrã obedientiã, in rebus aſperis fortẽ patientiã, deſpicientiam, & abiectionẽ ſui, perennem ſuarum appetitionum victoriam, atque ipſam, vnde tantarum virtutum harmonia exiſtebat, perpetuam cum Deo coniunctionem. Hæc nullo diſcrimine, quæ omnes imitemur, proponenda eſſe duximus. Nam cum multis, præclariſq; dotibus, & à natura, & à doctrinæ ſtudijs eſſet inſtructus, eas ita ad hominum vtilitatem cõferebat, vt nunquam à diuina cogitanda præſen-

ſentia auocaretur; ſemperque quid quid ageret, loqueretur, cogitaret, Deũ ſibi præſentẽ intueretur; vt verè cum Helia illud poſſet vſurpare. *Viuit Dominus, in cuius conſpectu ego ſto hodie.* Inde tanta illi cum Deo familiaritas, tanta in precibus aſsiduitas, & tam pura animi ſimplicitas, tantũ ſtudiũ, tamq; indefeſſus labor in hominũ ſalute procurãda, vt eum nullo vnquam tempore aut laboris, aut valetudinis incõmodum, aut periculorum magnitudo ab opera indigentibus præſtãda retardaret. Ex eodem fonte illud etiã hauriebat, vt & multa diuinitùs cognoſceret; & ſupra humanum modum multis difficultatibus occurreret; quibus rebus diuina Bonitas famuli ſibi obſequẽtiſsimi virtutẽ illuſtrabat. Atq; vtinã, vt multa ab ipſo geſta poſt mortem certis auctoribus comperta, ſtudioſè collecta ſunt; ſic quandiu ille vixit, artes, quib. ille ad iuuãdos homines vteretur, eos ad pietatẽ excitaret, motus animi cõponeret, ſoli-

citudines ſedaret; mœrore oppreſſos erigeret; ſtudiũ deniq; perfectæ virtutis omniũ animis inſereret, tum in familiaritáte, conuictuq́ue illius reſponſa, colloquutiones, monita, hortationes notata eſſent, patientia in iniurijs, ſecuritas animi in periculis, magnitudo in aduerſis, fortitudo in arduis, in turbulentis æquanimitas, quarum rerum copiam ſuppeditat ſanctorum virorum vita: Quàm multa alia, præter ea quæ ſcripta ſunt, præclara virtutum exempla, quàm multa vitæ præcepta, ſalutaria monita, conſiliaq́ue nunc in lúcem proferrẽtur, quæ ſempiterna obruta obliuione deliteſcent? Nam etſi virtutem ipſám, atque intimam cum Deo coniunctionem, quali, quantaq́ue ſit, memoria literarum aſſequi non poteſt; tamen, vt pictores ſpiritum & vitam arte non exprimunt, corporum verò lineamenta, menſúram, colores; perſæpe etiam ipſos animi motus oculis obijciunt: ſic ipſam virtutum vmbram, & quaſi animi lineamenta, effigiemque,

quibus

quibus ſanctorum virorum exemplo ad ſanctimoniæ amorem, & ſtudium accendimur, quantùm humano licet modulo, monumentorum traditione intuemur. Sed id ferè cõtingit in ſanctis viris: vt, quemadmodum incendia interdiu per fumum tantùm videmus, noctu, quanta illorum magnitudo ſit, clarè perſpicimus: ſic, quandiu illi nobiſcum communi luce fruuntur, ſubobſcurè illorum virtutem intueamur, ſublatos ex oculis, quaſi mortis vmbra interiecta, clara multarum virtutum memoria fulgentes admiremur: iacturam tamen eorum, quæ obliuione deleta ſunt, non recuperemus. Hactenus adumbratam tantùm leuiter exquiſitæ ſanctimoniæ, & tanquam in abdito ſepoſitam effigiem à longè, quaſi intento digito commonſtrauimus; nunc qualis à prima ætate per omnes vitæ gradus fuerit, ſigillatim exponere aggrediamur.

Ioſephi Anchietæ patria ge-

IN ea Athlantici maris ora, qua ſe maximè à Mauritaniæ littoribus

nus, educatio, & primæ ætatis ſtudia.

Oceanus expandit in Occaſum, inſulæ emergunt, quas à felicitate naturæ priſca ſæcula Fortunatarũ inſularum nomine notarunt. Eas Ptolemæus, vetereſque Coſmographi, quoniã præter noſtri orbis fines ſitæ ſunt, extremũ vniuerſi limitẽ exiſtimarũt; vltra quos nihil cognitũ, exploratumve habuit antiquitas, non terras, non æquora, non cœlum. Inde initium per gradus dimetiendæ terrarum longitudinis ad extremos vſque Eoos fecerunt. Verùm intermiſſa longo multorum ſæculorum interuallo ob periculorum magnitudinem, & ventorum rabiem Oceani nauigatione, latuerunt; nomine tantùm, & Coſmographorum traditione nobis notæ, ignota prorſus, & intentata cœlo, mariq́ue ad eas nauigatione. Non ita multo ante noſtram ætatem, magna conſequentium ſæculorum felicitate, admirando Luſitanorum auſu, arte inuenta Oceani furorem ſuperandi, eorundem Luſitanorum auſpicijs repertæ, curſuq́ue ad eas nauigandi

gandi notato, in Luſitanorum priùs, poſtea Hiſpanorum venêre poteſtatem; nouoque nomine Canariæ appellatæ. Sed vſque eò ab antiqua illa felicitate prolapſæ (tanta in longa ætate non in moribus ſolùm, ſed in ipſa etiam natura facta mutatio) vt non deſint, qui illas eſſe negent, quæ olim tam beato nomine afficerentur. Vt vt eſt, communis Mathematicorum conſenſio, quæ recèns inuentæ inſulæ, Canariæ ab antiquo vnius earum nomine dicuntur, eas eſſe affirmat, quæ antiquis Fortunatæ dictæ ſunt. Eæ nunc duodecim numerantur, ſex ab antiquis tantùm proditæ, quarum princeps nunc prærogatiua quadam nominis Canaria, & magna Canaria nominatur; reliquæ ſuis quæque nominibus notantur. Sitæ ſunt ad triceſimum gradum ſupra æquatorem, in primo ipſo limite antiquæ in longitudinem menſuræ. Earum vna, vt in tanta, & incolarum, & locorum aſperitate, non ignobilis eſt Zanariſa. Hanc vnam cum paucis etiam poſt illa-

Zanariſa Ioſephi patria.

illatum in reliquas à Luſitano Euangelium Barbari idololatræ aliquandiu tenuerunt: in Christiana tamen iura & ipſa tandem conceſsit. In ea natus Ioſephus Anchieta anno à Chriſto nato milleſimo quingenteſimo triceſimo tertio, patre Cãtabro, matre indigena, vtroque in ſua gẽte, & honeſta familia nato, & florenti in fortuna conſtituto: &, quod magni faciendum eſt, Chriſtianæ Religionis ſtudioſo. Itaque diligentem prolis in pietate educandæ curam ſuſcepêre. Educatus liberali diſciplina in paterna domo Ioſephus, Latinas literas, quantùm puerilis patiebatur ætas, didicit. Cùm paulo eſſet adultior, quò & in ſtudijs proceſſus faceret maiores, & cultioris vitæ modum, formamq́ue condiſceret, Conimbricam in Luſitaniam cum fratre natu grandiore miſſus, in diſciplinam venit Societatis IESV; quæ paucis antè annis nata Luſitanorum Regum benignitate in ea vrbe, nobiliq́ue Gymnaſio Regijs opibus excitato, altas diuina iuuante

Naſcitur ann. 1533.

Conimbricã ſtudiorũ cauſa mittitur.

Boni

Bonitate,radices iaciebat. Tantáque fuit adoleſcentuli indoles, tanta morum probitas, vt & omnibus, qui illum noſſent, apprimè charus, & adoleſcentibus pudore, & modeſtia incitamento eſſet ad virtutem: breuiq́ue tempore humanitatis, Rhetoricæq́ue ſtudijs decurſis, inter laudatiſsima adoleſcentium ingenia floreret, ſiue ſoluta oratione, ſiue numeris adſtricta certandum foret. Sed mira præcipuè in eo ad ſcribendum carmen fuit ingenij felicitas. Logicæ quoque ſtudia percurrit, & nonnihil etiam de Philoſophia deguſtauit. Interim, vt erat domeſtica educatione probè inſtitutus, longè etiam à domo, diuina eum gratia ad meliora prouehente, pietatis ſtudia toto animo complexus eſt. Iam in illius mente diuina Bonitas igniculos iniecerat, & earum virtutum ſemina,quæ, accedente ætate in immenſas, frugiferaſq́ue arbores excreſcerent; quò fiebat, vt vtrunque ſtudium, & doctrinæ, & pietatis, cùm viciſſim alte-

alterum altero iuuaretur, maiores in eo quotidie acceſsiones faceret. In primis verò candoris fuit, & pudicitiæ amantiſsimus: petulãtiæ verò, & iuuenilis licentiæ oſor acerrimus; eoq́; vſque proceſsit, vt, cũ die quadam in templo ante altare Virginis Matris pronus in genua oraret intentiùs, ita intimis ſenſibus citari cœperit, ita ad earum virtutũ amorem, quas Deiparæ placere ſciret, inflammari, vt in ipſo veſtigio virginitatem, quam felici, ſingulariq́ue Dei dono ad eam diem illibatam ſeruarat, Virgini Matri voto dicarit.

Virginitatem vouit.

Ex eo tempore ſincerus animus maiora cœpit ſecum agitare, humanam felicitatem aſpernari, diuina, æternaq́; cogitare; eam ſibi vitæ rationem exoptare, vbi tutò ab omni iniuria, periculoq́ue integrum depoſitum ſeruaret. Itaque & religioſam amplecti vitam, & eam in Societate IESV tranſigere in animum induxit. Nota erat adoleſcentis probitas, nota vitæ innocentia, notum

tum ingenium, indoles magna omnia pollicebatur. Ita non magno negotio factus eſt voti compos.

ANNOS natus ſeptemdecim in Societatem IESV Canarinus adoleſcens (ita non contemnenda ignotæ pene patriæ fuit indoles) magno cũ ſuo, multorumq́ue poſtea, & rei Chriſtianæ bono aſcitus eſt. Admiſſus in Societatem, ijs artibus, ijſq́ue rudimentis inſtituitur, quibus nouum illud vitæ genus ad omnem pietatem informatur. In primis verò veterum conſuetudinum, humanarumq́ue rerum omnium obliuione; nouæ mentis, nouorumq́ue conſiliorum, ac ſenſuum ſuſceptione; vitæ ſimplicitate, ſtudio diuina meditandi, ſui abiectione, proprij iudicij abdicatione, ſuarumq; appetitionum compreſsione, aſsidua, continentiq; ſibi aduerſandi exercitatione, & omnium aliarum virtutum duce tutiſsima obediẽtia. His præcipuè ſtudijs huius ſpiritualis militiæ Tyrones in Societate Ieſu exercẽtur: quorum

In Societatem Ieſu aſciſcitur.

rum ſtudiorum fructus ille vel maximus exiſtit ; vt animus à caducarum rerum amore abductus , cum Deo quàm arctiſſimè concilietur. In hac palæſtra Ioſephus ita ſe exercuit, vt, hiſce virtutibus omnibus initiatus, omnes boni Tyronis numeros ex diſciplina Societatis expleret.

Grauiter ægrotat.

INTER has exercitationes, dum rudimenta poneret Societatis , in grauem morbum incidit, ac periculoſum: morbi autem videtur non vna cauſa fuiſſe. Operam dabat , vt nouitius in templi miniſterijs, ſolemneque illi erat quotidie octo Sacerdotibus , interdum pluribus Miſſam facientibus miniſtrare. Quo in munere totum fermè tempus applicitus, in genua verſabatur, &, vt eſt illa ætas verecunda, & nouitiorum ardor ad pietatem imbibendam, ſeſeque edomandos incitatior, dum ſpiritalis dulcedinis explere ſtudet ſitim , & corpus ad obſequium animo præſtandum adigit, non putauit eam rem, vnde tantam

hauri-

hauriret pietatem, vlli ſibi incommodo futurã. Ergò corpore nondum per ætatem durato ad laborem, artus fatiſcentes, quà femora circa ſacrũ os, & vertebram nectuntur, acerbos illi dolores ciere cœperunt. Sed, animo imbecillitatem ſuſtentante, ne ſe priuaret eo fructu pietatis, ſua præſtare miniſteria non deſtitit, modiſq; omnibus rem occulta habuit: corporis tantùm in affectam partẽ inflexione dolorem lenire contendebat: tum zonam quàm arctiſsimè ad lumbos aſtringebat. Quòd dũ ſæpiùs facit, & maiore niſu, quàm res ferret, femorum globi è coxendicũ ſinibus excuſſi, ſeu incuratione minùs aptè reſtituti; ſeu, quod verò ſimilius eſt, neruis in viridi ætate ſemel laxatis minùs fideliter, vt docẽt Medici, nexum retinentibus, parum firmiter coiere: inde vitium in vertebras, & humeros peruenit. Quò factum eſt, vt inde luxato dorſo humeriſque, per omne tẽpus nõ ſine aliqua deformitate vixerit. Crediderim tamẽ, nõ hãc vnã oſsiũ luxationem

hic tenuit lāguor, pertenui, aut nullo fructu ſpei melioris; cū, re deliberata, Medicis in cōſilium adhibitis, in Braſiliam Patres adoleſcentē mittere conſtituunt, haud dubia ſpe, ea ſoli, cœlique mutatione reparandæ valetudinis. Erat enim iam celebri fama euulgatum, eius cœli, ſolique bonitatem, & alimentorum lenitatem multùm ad humanam ſalubritatem, vel reparandam, vel retinendam, augendamque conducere. Et ſanè ea cœli temperies eſt, qua nil clementius eſſe poſsit; vt neque æſtus, neq; frigora, magnis exceſsibus diſcreta, humanis corporib. grauia, noxiave ſentiantur: terræ item, vt ad aſpectum peramœnæ; ita etiam ad fructum vberes, eam frugum fundunt copiam, quarum nulla duritie, cruditateque ad conficiendum natura fatigetur.

ANNO igitur à Chriſto nato millesimo quingenteſimo quinquageſimo tertio 8. Idus Maij, annos ipſe iam viginti natus cum Odoardo Acoſta, qui Prætor ad prouinciā pro Rege

In Braſil. reparandæ valetudinis cauſa mittitur anno 1553.

Rege adminiſtrandam proficiſcebatur, & paucis aliquot de Societate Olyſsippone ſoluerunt. Inter nauigandum, vt erat in maritimo aëre natus, quaſi in patrium cęlũ remeaſſet, meliùs habere cœpit: ita vt itinere illo toto præſcripta ſibi nautica miniſteria (eſt enim illi penu, coquinæ, & foci cura demandata) ſumma cũ omniũ probatione ſtrenuè obierit. Eodẽ anno Bahyam Regni Braſilici caput tenuerunt. Sed, vt planiora ſint, quæ de Ioſephi rebus, peregrinationibuſq; toto illius vitæ decurſu narrabũtur, erit operæpretium totius eius terræ tractũ, ſitum, naturam, parteſque, & quis eſſet per id tempus in ijs locis Societatis ſtatus; quæq; in loca Societatis homines diſtributi eſſent, quibuſque in miniſterijs verſarentur, paulo longiore, non tamen inutili digreſsione tranſcurrere.

Braſiliæ deſcriptio. IAM dudum ſatis ſuperq; notum eſt Braſiliam in ea noui continentis eſſe parte, quam vulgò Peruuium appellant. Regio toto in he-

misphæ-

miſphærio Auſtrali ſita eſt, maximam partem in ea plaga, quam Zonam torridam dicunt:eius tamẽ non modica pars infra Capricorni tropicum demittitur, argenteo flumine, & Oceano illam in tenuem quaſi cuſpidem acuentibus. Initium capit à Septentrione duobus infra æquatorem gradibus, tenditque in Auſtrum ad quinque & triginta, etſi non deſunt, qui eam in plures faciunt excurrere ad fretum vſque Magellanicum in quinquageſimum quintum gradum. Sed quæ proprio nomine Braſilia, Luſitanico paret imperio, Paranao flumine, cui ab argento eſt nomen, quinto & triceſimo gradu finitur: ex quo mendum in libros noſtrorũ apparet irrepſiſſe culpa, vt videtur, Typographorũ, in quibus ꝓ triginta quinq; quadragintaquinq; legimus. At Coſmographorũ tabulæ, & nauigantiũ obſeruatio argentei fluminis oſtium, quò extrema pertinet Braſiliæ cuſpis, in 35. gradu nobis indicant. Ad Orientẽ quà Heſperijs Africæ litoribus ob-

tenditur, immani tractu Oceano alluitur: ora ipſa maritima multis ſinibus, quà maioribus, quà minoribus, æquis fermè inter ſe ſpatiis diſtributis ſerratæ frondis inſtar, quaſi arte diſciſſa tota. Accedunt crebra, & ingentia flumina latis admodum alueis, & ingenti aquarum mole labentia; quæ cum in mare ſe exonerant, patentes nauigiis, & commodos pleraque tum ad quietam ſtationem, tum ad flumen ſubeundum aperiunt ſinus. Intus ad Occidentem altiſſimis montibus includitur; qui eam perpetuo iugo quaſi ſinu complexi, videntur à reliquis Peruuij partibus auertere. Terra ferax & benigna, & grata amœnitate delectabilis; frōdoſæ ſyluæ foliis numquam deciduis perpetuò vernant: & quamuis ex ſpiſſa arborum vmbra, vallibus paludoſis, & vaſtis aquarum lacunis, vnde ingentes amnes effluunt, vapores aſcendant cœli ſalubritati infeſti, qui in pluuiam

&c ro-

& rorem ſoluuntur, maximam tamen anni partem lenes ventorum flatus ſub meridiem à mari exurgunt, qui in mediam vſque noctem ſpirantes omnem cœli diſcutiunt grauitatem, ita vt oriente Sole cœlum ſubitò purum nitidumq́ue reddatur. Tum earum mercium abundat copia, quarum in noſtras terras inuectione Europa noſtra redditur beatior. Omnino ſi naturæ dona ſpectes, non facilè in omnibus noui orbis terræ partibus, ac ne in noſtro quidem orbe parem felicitatem reperias; vt iam dudum conſtet errare Phyſicos, qui mediam hanc regionem Solis acceſſu exuſtam, hominum vſui à natura negatam prodiderunt.

VERUM tanta hæc cœli, ac terrarum commoda haud diſparibus incommodis compenſantur. Primùm, nulla humanę naturę verecundia, beſtiarũ more, nudis prorſus corporibus incedũt viri fœminæq́; deinde hominum ingenia hebetia *Braſilorum vitia.*

& inhumana; vt etiam humanarum carniũ eſum in ſumma habere lætitia non horreant: tantùm in vetere corroborataque bona, prauáue conſuetudine ſitum eſt: atque inter cultum legũ, barbaramque licentiã ad iuſtitiã, honeſtatẽq; inter homines retinendam, & belluinam ſtoliditatem, feritatemque propagandam intereſt: etſi non eadem naturæ improbitas vbique: eſtque vbi plus, minuſve crudelitas graſſetur. Quãquam inducta iam in gentem Religione, paulatim, etſi magno cum labore, ad humanitatem cõdocentur. Ceteri, qui nondum Chriſtiana Religione ſuſcepta, oram accolunt maritimam, longa iam cum Luſitanis conſuetudine mitigati, ſenſim & ipſi ad humanitatem inflectũtur, etſi ſuopte etiã ingenio minus feri, minus aſperos habeant mores: ac, niſi iniuriis exaſperentur, amicè noſtris cum hominibus ſocietatem ſeruẽt; neque à iuſtitiæ legibus abhorreãt, facileq; ad Chriſtianam Religionẽ afficiantur; ſed conſtantia deſideratur.

tur. Certas, fixaſque ferè ſedes habent; nec facilè tædio loci ſolum vertunt. Commercia qualiacunque habent, & amicitiæ iura populi cũ populis, vici cum vicis, ſi nulla inter eos oboriatur offenſio, ſeruant inter ſe. Non idem omnibus ingeniũ qui mediterranea tenent. Videas multos eorum populos iis, quos diximus, ſimiles, quietos, faciles, amicos amicis: contrà alios ita aſperos, & efferatos, vt ipſam hominum naturam odiſſe videantur. Immites, iracundi, truculenti, ſanguinarij, ferarum more nulla iura norunt, niſi ſubitò coortam pro re nata libidinem. Non facilè gentem aliam reperias, de qua illud veriùs dici poſſit: *Homo homini lupus*, ſeu, *draco magis*. Eos Tapuyas vocant: quod nomen ipſorum lingua gentem ſyluestrem ſonat. Hi non cum Luſitanis tantùm, ſi ad ipſos penetrent, ſed eũ ſuis etiam gentilibus, qui cum Luſitanis pacem habent, bella gerunt. A cæteris Braſilis conſiliis, cõſuetudine, conuictuque ſeiuncti, inuiſi o- *Tapuya.*

 mnibus,

mnibus formidini, longè à mari varias in terras diſperſi ſedes habent, mutantq́ue ad libidinem.

OMNIVM facillimi, mitiſſimiq́;, atq́; ad cultũ ſua ſpõte ꝓni ſunt Carigij. Hi antiquo inſtituto vni ex omnibus Braſilis viri, fœminæq́; vtũtur indumentis ex goſſipio ipſorum more cõtextis; forma à Mauricis tuniculis nõ abſimili. Viuũt in tectis, domos ſibi extruũt, agros colũt, mãdiocã, leguminaq́; ſerunt. Forma iis, habitudoq́ue corporis nõ inelegãs, multumq́; probanda; multiq́; inter eos corporis cõformatione, ſpecieq́ue cum Europæis comparandi; vt videatur animus & ingenium ad benè conformandum corpus, aut animi organum corpus ad animi, ingentique perpolitionem quandam vim habere. Qui ea loca luſtrarũt, eos in ea Braſiliæ parte deſcribunt, quæ infra Capricorni tropicum deſcendit: viginti circiter leucis diſtant à mari; vnde ad montes, quos in colũt, eſt ita aſper aſcẽſus, & erectꝰ, vt niſi ſtirpes, & enatarũ arborũ ex hu-

ex humo prominentes radices ſcalarum prębeant vſum, nullus ad eos ea parte pateat acceſſus. Sũt qui eos in interiore America Paraquarij fluminis accolas facere videantur: eorumque circiter ducentos, vt Chriſto nomen darẽt, Hiſpanis nõnullis ducibus, itinere ſexcentorũ milliũ paſſuum in Braſiliã ſuſcepto à Barbaris Chriſtianæ Religionis nomine interfectos ferũt. At Iacobus Mõterius Societatis Sacerdos, qui proximè anno ſalutis CIↃ.IↃ.CX. Emmanueli Limæ Societatis in Braſilia Viſitatori adiunctus eſt comes, quique præſens loca cuncta adiuit, & teſtis oculatus peritè, & adamuſſim Coſmographorũ deſcripta ad Antonium Maſcareniam pro Luſitania Claudio Aquauiuio Prępoſito vniuerſę Societati generali à conſiliis hoc tẽpore aſſiſtentẽ trãſmiſit, eos in Braſilia nõ longè à Piratininganis mõtibus ſedẽ habere demõſtrat. Cũ eo reliqua Carigiorũ & eorum, q de Societate ad Carigios ꝓfecti sũ hiſtoria: multęq; noſtrorũ hominũ epi-

ſtolæ per ea tempora in Braſilia datæ conſentiunt. His vt adhæream ſuadet ratio. Nec mirum è proximis Paraquariis Hiſpanos tranſcenſo montis iugo, ad Carigios penetraſſe; ſiquidem legimus in Peruuianis litteris noſtrorum anni milleſimi quingenteſimi nonageſimi ſexti, veniſſe Sanctam fidē vrbem Paraquariorum cum aliis è Societate magno cum eius ciuitatis bono Leonardum Arminium Neapolitanum totius eius comitatus præſidē. Quare potuêre Hiſpani è Paraquariis in Braſiliā transgreſſi, Carigiis Chriſtianæ Religionis ſtudio incēſis, auctores eſſe, & comites ad Sacerdotes Societatis perquirendos; & hi ſexcenta paſſuum millia conficere: vtriq; verò ſui fuſione ſanguinis, illi Baptiſmi gratiam, hi ſuæ fidei, conſiliorumque ſuorum præmia anteuertere.

POST hanc cædem venêre alii ex eadem gente magiſtros Chriſtianæ Religionis accerſitum: miſsique ſunt è ſede S. Vincentij duo egregia ſan-

ſtimonia viri, Petrus Corréa Sacerdos, & comes illi datus Ioannes Soſa, vterque Luſitanus, vterq; in Braſilia verſatus, & linguæ, Braſilicarumque rerum benè peritus: ſed Corréa florenti in fortuna, magnis relictis opibus; Soſa humili vitæ genere inſignem adeptus Chriſtianæ integritatis laudem primo vterque Societatis in Braſiliam aduentu omni humanarum rerum ſpe præciſa, & humanorum conſiliorum vinculis abruptis, Chriſti famulatui in Societate ſe addixerunt; in qua ita virtutum omnium exemplo cunctis ſe probarunt, vt digni primis illis temporibus, digni integerrimo illo Patrum cœtu cenſerentur. Hi magno cum fructu aliquandiu inter Carigios verſati, ingentem eorum numerum ad Chriſtum adduxerunt; lateque in dies Religio propagababatur. Sed zizaniorum ſator Diabolus aliquot è popularibus inſtigauit, qui vel nōdum Chriſtianam Religionem ſuſceperant, vel vt ſemper inter bonos aliqui ſunt degene- *Petrus Correa, & Ioannes Soſa ad Carigios miſſi.*

res, in ea parum firmi tantam integritatem, & vitæ innocentiã, quãtam duo egregij magiſtri pietatis in gentem inducebant, peroſi, cõfictis perfidi hominis criminationibus, quaſi in Carigiorum perniciem validam armatorum manum paratam haberent, eò pellecti ſunt, vt magno cum rei malo Religionis, & veritatis Doctores interimerẽt. Hæc Nouembri menſe anno humanæ ſalutis milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto contigêre, biennio poſt Anchiétæ aduentum in Braſiliam: cùm illo ipſo anno primùm è Vincentiana ſede ad nouale illud proſcindendum veniſſent. Quid ex eo tempore cum Carigiis actum ſit, nullæ nos docent literæ: ſed apparet ex iis, quæ per ea tempora noſtri ſcripsêre, operarum paucitate, & magnitudine operis difficillimi continendi Neophytos, ne ad veterem prauitatem redirent, Catechumenoſque à feritate abducendi, quibus maximè rebus in Braſilia tenebãtur omnes impliciti,

rem non tam omiſſam, quàm è manibus elapſam.

TENTATA iterum eadem profectio ad exitum adduci numquam potuit, nempe Tartarea poteſtas eò maiore conatu huic conſilio aduerſari contendit, quò maior inde fructus expectandus. proximè anno 1610, cùm Emmanuel Lima Viſitator cum ſuo comite Iacobo Monterio ea loca circa Piratiningã pro ſuo munere obiret, venêre ingenti numero Carigij ad Patres Societatis euocãdos: decretaq; erat ad eos expeditio ſpes erat è gente ad pietatem, & humanitatem prona magnæ meſſis animarum. Rogandus Dominus, vt incolumes adducat operarios in meſſem ſuam, & plantationi, irrigationique adſpiret, detque incremẽtum, ꝙ paratę ſegetes exſpectãt. Nec plura ſcitu digna de Carigiis ad annum 1614. Romæ nota erant.

HAEC de gentibus, quæ Religionis lumine orbare Braſiliam tenẽt, ſummatim cognitioni dare potuimus. Sed ſunt etiã in ipſis terris, quę *Braſilica terra vitia.*

naturæ officiant bonitati, non tam naturæ, quàm incolarum culpâ, crebræ ſyluæ arborum denſitate, & ramis inter ſe implicitis, continenti, denſaque foliorum nube inumbratæ multùm de viriditatis hilaritate deperdunt; oculiſque ac ſenſibus, Europæis viroribus aſſuetis adſpectum paulò reddunt triſtiorem. Verùm ſi, quemadmodum aliorum bonorum copia, ita etiam hominum cultu tellus abundet aliquãdo, ſuccisa ad vitæ vſum, & ad artes arborũ crebritate, tota regio reddi poſſit amœnior. At verò continentibus bellis, mutuiſque cædibus vicinis vicinos atterentibus, ac ſeſe inuicem vorando abſumentibus, regio hominum infrequentia, terræ cultu deſtitutæ ſylueſcunt. Pauci tantùm qui bono ſuo caſu gentiliũ ſuorũ dentes euaſerunt, ad ſenectutem perueniũt. Sperandũ tamen, Deo benè iuuante, inducta, & corroborata penitus Religione, naturæ ſpecioſiorem faciem, ciuitatibus ciuium frequentiam, & terris cultum ſuum diẽ ali-

aliquãdo allaturam. Hanc tã incultam, vaſtamque tot commodis, incommodiſque compenſatam regionem ante Luſitanorum æterna memoria dignas nauigationes noſtro orbi, atque adeò hominum memoriæ, ac propè dicam generi prorſus ignotam diuina prouidentia inopinato euento patefecit.

POST ſuperatam Luſitanorum virtute ſæuientis Oceani ferociam; & nauigationem per immenſa, & numquam antea tentata marium ſpatia ab vltima Heſperia ad Indos patefactam, ad rem Luſitanam in India conſtituendam, & Chriſti Euangelium in eam gentem inuehẽdum, Luſitaniæ Rex Emmanuel idoneam claſſem inſtruxerat. Ei Petrũ Aluarum Capralem, virum & generis nobilitate, & ſuâ virtute clarum præfecit. Ij Martio menſe anno ab humanæ ſalutis initio quingenteſimo ſupra milleſimum ſe mari commiſêre, longeque prouecti, dum Malacias circa Guineæ oras, & furentes æſtus, circa Bonæ ſpei promonto- *Braſilia inuenta anno* 1500.

monto-

montorium deuitant, longo flexu in Occaſum recedentes, ad terræ conſpectum venerunt, quam initio inſulam putarunt. Accurata dein nauigatione oram eius adlegentes, continentem eſſe deprehenderunt. Huc, obſeruato loco ad tuendas naues opportuno, exſcenſionem fecerunt; loco ab ipſius natura *Portus ſecurus* nomen inditum manſit in hanc diem. Ibi 5. Non. Maias ipſo die Inuentioni S. Crucis dicato, religioſa, celebrique cerimonia ingens ſtatuta Crux, & Chriſtiano ritu ad aram pro tempore excitatam ſacrificatum in litore. Inde totus ille tractus, *Terra ſanctæ Crucis*, nominatus. Vulgi deinde conſuetudo euicit, vt, mutato ſanctiore nomine, à rubro ligno, quod Luſitani *Braſilum*, Itali *Verzinum* nominãt, quo abũdat ea tellus, & ad tincturas adhibetur, regio Braſilia, gens Braſili dicerentur. Luſitani, reſartis nauibus, captata tempeſtate, curſum inde ſuum tenuerunt, Braſilia relicta. Explorata deinde eiuſdẽ Regis im-

perio

perio terræ, fructuũq; bonitate per Americũ Veſpuciũ Florentinũ, clarum illũ nauigationum, & tractandorũ mariũ, ventorumq; magiſtrũ, à quo vniuerſus noui orbis continẽs Americæ nomen traxit, cœpêre, permittente, & probante Rege, è Luſitania tũ clari viri, tũ omniũ ordinũ multi, ſpe commodorũ pertracti, ad ea loca nauigare: & vt qui in vacua venêre, quæ quiſq; nacti loca ſibi opportuna iudicarũt, in iis ſedẽ poſuêre, terræq; fructibus ſua emolumẽta augere: vt magni pretij merces inde magno cũ Luſitaniæ, ac totius Europę bono in noſtrũ orbẽ inueherẽtur; viciſsimq; eò noſtræ terræ fruges, ſemẽtes, arboreſq;, & iumẽta, quorũ vtilitate prorſus carebãt, magno prouentu cõportarẽtur. Emmanuele inde vitâ functo, Ioannes eius nominis III. Emmanuelis F. Regni gubernacula ſuſcepit. Is, cognito, quãti eſſet eius terrę, gentiſq; Imperiũ, ac totius mercimonij rationẽ ordinare, haud ita multis interiectis annis Martinũ Alfonsũ Sosã

cum

cũ claſſe, ac sũmo imperio miſit, qui ſuo nomine Braſiliã occuparet; eãque in prouinciæ formam redactã in plures iuriſdictiones, ſeu Præfecturas diſtribueret. Singulis Præfecturis coloniiſue ſinguli Præfecti duceſve conſtituti. Iis, præter ſuos, quos quiſque è Luſitania colonos deduxerat, terra ſecundùm maris oram diſtributa, quinæ ferè quinquagenæque leucæ cuique coloniæ definitæ: oppida in ſingulis Coloniis, Præfecturiſve extructa; ipſæ Præfecturæ ab oppidorum nominibus nuncupatæ. Omnium primam, eamdemque remotiſſimam in ipſo penè Braſiliæ extremo ad gradus viginti quatuor in Auſtrum ſibi delegit ipſe Alfonſus Soſa, qui toti rei præerat; quam à Sancto Vincentio nominauit; ſequutus, credo, emolumentorum, quæ inde præcipuè ſperabantur, opportunitatem, amplã enim iuriſdictionem ad montes vſque profert, qui Braſiliam à Paraquariis diuidunt. Oppidum adamplum, & percommodum ſinum, qui dua-

Colonia S. Vincentij.

duabus occupatur inſulis, ſitum eſt. Intra ſinum inter litorum ambitũ, inſulasq; duobus intrans oſtiis, curuatus in arcum maris quaſi euripus circumfluit, inſulis inter ſe non magno freto diſcretis. Sed euripi oſtium, cui oppidum impoſitum eſt, aggeſtis arenis proceſſu temporum penè obſtructum, minutis nunc tãtum lintribus intratur: maioribus verò nauigiis nõniſi per oſtium alterum, circumnauigatis inſulis, eſt iam ad oppidum acceſſus. Ad cuius claudendas fauces, portumque turris, quam Biritiocam nominant, extructa eſt. In anteriore inſula oppido proxima, quaſi clauſtrum aditus, oppidum eſt alterum caſtello communitum è regione S. Vincentij, cui à Sanctis nomen eſt: in vtroque oppido Societas IESV cum templo ſedem habet. Ager porrò latè in mediterranea ſe porrigit; oppidaque duo inſignia continet, Cõceptionem in littore Itanniæ, decẽ leucis à S. Vincentio, & Pirathiningam, ſeu alio nomine S. Paulũ, quinde-

Oppidum ſancti

quindecim introrſum leucis ab eo-
dem oppido S. Vincentio recedens,
ad altitudinē trium & viginti gra-
duum cum dimidio ſub ipſo penè
Capricorni tropico ſitū, in monti-
bus aſperi quidem aſcenſus, ſed, v-
bi altitudinē ſuperaueris, ſoli mi-
tioris, & arborum amœnitate non-
nihil inumbrati, tum lenibus, pla-
cidisque fluminibus irrigui. De Cō-
ceptione, & Itannia dicetur ſæpius
in rebus Ioſephi de quo ſcribimus.

Pirati-ninga Oppidū. PIRATININGA cum ſuis fi-
nibus ora videtur eſſe omnium, quę
ſunt in Braſilia feliciſſima, proinde
etiam oppidum ciuium frequentiâ
fit auctius in dies: nam vbi ex oppi-
do in plana deſcenderis, campeſtria
omnia, lateque patentia cœli beni-
gnitate, amœnitate camporum, a-
quarum riuis, fontibuſque campis
Europæis quàm ſimillima; prouen-
tu etiam longè meliora: agricolarū
tantùm circà ſata curam, induſtriā-
que deſideres. Ea eſt enim ſoli fœ-
cunditas, vt triticum nuper ex Lu-
ſitania allatum, parca admodùm, &
inerti-

inerti culturâ ſatum, curatumque ſuprà quàm credi poſſit, maiore, quàm in Europa, copiâ fundatur. Nec dubitant aſſerere menſuræ vnius fructum in centenas multiplicari: vt, ſi molæ non deſint, quarum vſus iam parabatur, frumentum ad pinſendam farinam toti penè prouinciæ ſeges ſuppeditare poſſit. Multis etiam ac perbonis vinetis abundant, aliiſque frugum generibus è Luſitania aduectis. Armenta præterea boum, equorumque tanto numero fœtificant, vt equi valdè boni viliſſimarum rerum, galeri vnius, aut geminorum ex panno tibialium commutatione parentur. Fuit cùm vaccæ nouem æris alieni nomine minùs numorũ triũ aureorũ ad haſtam licitatorẽ non inuenerint: tanta eſt fructuũ copia, & pecuniæ veſtiariæq; rei inopia in iis terris, in quibus aut prorſus, aut ſeminudi homines incedũt. Hæc tamẽ tam larga naturæ benignitas in cãpeſtrib⁹ tãtũ viget Piratininganis; cui⁹ ſoli natura cæliq; tẽperies, præter reliquas Braſilicas oras magnâ cũ

terris noſtris habet ſimilitudinem: nã & hyberno tempore gelu, pruinaque terræ teguntur; ſubindeque vt montanis finitimæ, vt apud nos fit, conſperguntur niuibus; neque æſtiua tempora iuſtis caloribus carent, quod in Braſilia reliqua non fit. Quæ duæ contrariæ ſuis temporibus affectiones ad ſatorum iuuãdas radices, & fruges ad maturitatem adducendas in primis proſunt. Et hanc copioſam rerum vbertatẽ ſuperioribus temporibus ignotã recens proximorum annorum experientia notam fecit.

ACCEDIT ad cumulum commodorum illud vel maximũ, quod in montibus camporum feracitati imminentibus auri probati in viceſſimum tertium gradum cum dimidio fodinæ reperiebantur; cuius vſum ad inaurandi artem percõmodum eſſe experimentum declarauit. Et huius tam benignæ vbertatis iam pridem à primis temporibus indicia non obſcura notata in lucẽ tandẽ ipſa dies & hominum protulit induſtria.

SVPRA

Spiritus ſanctus Colonia.

SVPRA Sanctum Vincentium curuata in Septentrionẽ nauigatione Præfecturam alteram frequentauit Vaſcus Fernandius Continius à Spiritu ſancto nominatam, anno ſalutis quinto & viceſimo ſupra milleſimum & quingenteſimũ: quo item anno, aut non ita multò antè credere eſt, Soſam cum ſumma poteſtate in hęc loca veniſſe. Locus eſt in gradu 30. in Auſtrum: tellus eſt braſili ligni diuerſarum ſpecierum, in primis verò balſami admodum ferax; vnde balſamum hauritur: arbores ſunt prægrandes & excelſæ, ingẽti & ſolido trunco, & benè ramoſæ: non vt in Palæſtina humiles arbuſculæ. Forma nonnullas in Europa facilè ſimiles eſſe dixeris. Harum corticem totum multis vulneribus incidunt: tum quà hiant ſciſſuræ, goſſipium, ad imbibendum, qui diſtillat, ſuccum, inſerunt, alterniſque diebus exprimunt in vaſa, maſſam illic officinæ interunt, admiſto balſamo, ex qua globulorum ſerta cõficiũt, qui elegãti opere elaborati,

borati, atque in multam duritiem cõcreti, ad coronas precatorias, roſariaque odoris nobilitate in pretio habentur. Nec ferè, præter braſila ligna, & balſama, vlla maioris emolumenti merces huius terræ; etſi ne ſaccari quidem prouentus deſideratur. Pingue ſolum, fertileque; ſed parum ſtrenuos nactum colonos, minùs naturæ ſuæ reſpondet vbertati.

IN hac quoque colonia ſedem habet Societas IESV, habetq; adiunctos vicos aliquos, in quibus eiuſdem Societatis Sacerdotes reſident, genti ad humanitatem, & pietatem excolendæ. Hic diu verſatus eſt Ioſephus Anchiéta noſtræ ſcriptionis argumentum: & hæc ſedes initium illi fuit administrationis, cum primùm ad regendos alios adhiberi cœptus eſt; in eaque ſede vitam finiuit, eiuſque venerandum corpus ſarcophago traditum eſt.

Bahyæ Coloniæ. EODEM anno ad Bahyam ſinum per-

peramplum, vbi poſtea Regia ciuitas, Regni caput extructa eſt, Regis ipſius dono ſuam ſedē, iuriſdictionemque collocauit Franciſcus Pereria Continnius. Sed de hac cùm ad aduentum Societatis in Braſiliam venerimus dicendum erit accuratiùs.

Anno item 1526. ſupra Spiritus ſancti coloniam infra Bahyā ad gradus 16. Portus ſecuri coloniā, primo Luſitanorū appulſu, ſtationeque & Chriſtiana Religione conſecratam tenuit Petrus à Campo. In hac quoque ſedem habent Societatis Sacerdotes, qui Luſitanis indigeniſque, ac vicis aliis excolendis dant operam. *Portus ſecurus Colonia.*

HAEC prima Braſilici Regni per Ioannem Regem ordinatio; atque hæ primæ in Braſilia Regiis auſpiciis coloniæ à Soſa deſcriptæ videntur. Et fieri potuit, vt præter has, alias quoque, quæ ſubinde commemorantur, ab iis, qui primi venerunt occupatas, Rex ipſe ratas habuerit: aliæ etiam ab

aliis poſt primam deſcriptionem Soſæ Regiis item auſpiciis deductæ ſint. Nam in ſuprema Braſilia, quà tota fronte Septentrionem ſpectat, proxima æquatori, primum locum tenet Itamaraca item colonia. Vrbs in inſula eſt, anguſto freto à continenti diuulſa: hæc præter ſuos ciues habet in continenti Luſitanici nominis colonos, qui Goyanam vnà cum indigenis incolunt. Præter hos, oppidum Paraibam cum ſuis finibus; qui derecto in Occidentẽ tractu ad quadraginta leucas flumẽ magnũ Maranonem attingunt. Hic extremus in Septẽtrione Luſitanici Regni limes eſt. Hoc loco caſtellũ omnium, quę ſunt in Braſilia firmiſſimum, munitiſſimumque oſtio fluminis, & finium tutelæ impoſitum, cum aliis circà locis ſuo Præfecto, propriaque iuriſdictione regitur. Atque hæc oppida in Braſiliæ litore, quà Septentrioni obiacet, cenſentur. In angulo altero, qui Oriẽtem ſpectat, in ipſo flexu ad Auſtrũ, octo infra æquatorem gradibus eſt

Itamaraca colonia.

Pernam-

Pernambucus, omnium quæ ſunt in Braſilia, coloniarum florentiſſima, & maximarum opũ, aut certè nulli ſecunda. Ciuitas in ſumma collis planicie non multùm à mari eminet, bonis domicilijs, ædificiiſque extructa; nobilibus ciuibus, & opulentis, ac magno honeſtorum equitum numero illuſtris; vt inter opulentas etiam Europæ ciuitates honeſtum locum tenere poſſit. Portũ habet ad ipſius collis radices. Emporium eſt in primis magni nominis, & mercimoniorum copiâ celebre & opulentum: nam præter rubri ligni totius Braſiliæ præſtantiſſimi ingentem numerum, centum viginti ſaccararias officinas in ſua dicitur habere ditione; vnde in Europam centum triginta, & centum quadraginta onerariæ ſaccaro onuſtæ cum ingenti negotiatorũ, & rei Luſitanæ emolumento quotannis enauigant. Habet præterea Collegiũ Societatis IESV à Sebaſtiano Rege viginti ex ea Religione capitibus alẽdis fundatum, cum ſcholis tribus:

Pernambucus Colonia.

C in

in quarum prima quæſtiones de conſcientiæ caſibus explicantur; in media Latinis literis iuuentus inſtituitur; in infima literas legere, & formare pueri docentur. Sunt præterea in mediterraneis vici ſex indigenarum, admiſtis Luſitanis, in quibus ex ipſa Societate Sacerdotes reſident, indigenarum inſtitutioni, & animarum curæ. Qui verò in vrbe & Collegio degunt, præter ſtatas ſolemneſque cum ciuibus occupationes, ad alia ſuperioris oræ loca excurrunt Societatis miniſteria circumferentes; quod in Braſilia tota Societatis Sacerdotibus ſolẽne eſt. Primus eam coloniā cōſtituit, eiuſq; tenuit dominatū Odoardus Coeli⁹.

Ilæi Colonia. Secundum Pernambucum ad gradus tredecim Bahya, quondam Frãciſci Pererię Pręfectura, nunc Regia ciuitas eſt. Inter Bahyam ac Portū ſecurū ad decimū quartum in quintū gradum ſunt Illæi. Eam Pręfecturā primus tenuit Georg. à Fighereto Corréa. regio optimi ſoli; ac, ſi campos excipias Piratininganos, omniū

omniũ Braſilia tota feraciſſimi: rubri ligni & ſatiuarũ rerũ abundans, nec ſaccarariis carebat officinis: ſed Barbarorũ infeſtatione ita attrita omnia, vt propè ad vaſtitatem regio deuenerit. Erat tamen ſpes his proximis annis, pacatis iam Barbaris, & parta rebus pace, terræ frugibus, & ſaccari prouentibus, cùm multa eius opificij inſtrui poſſint ædificia, haud longo tempore coloniam reualituram; & in hoc quoq; oppido eſt Societati ſedes.

HAE ad annum humanæ ſalutis vndequinquageſimum ſupra milleſimum & quingenteſimum adhuc in Braſilia erant Præfecturæ conſtitutæ. Interim rubri ligni, & ſaccari ingens numerus, & metallorum neſcio quid è terra S. Crucis, nunc Braſilia nominata, quotannis exportabatur; nouæque ſubinde venæ metallorum aperiebantur.

ATQVE hæc de locorum natura, ſituq; quãtùm ſatis eſſe viſum eſt, in prȩsẽs dicta ſint: alia, cũ ſe offeret occaſio, inter narrationẽ attingẽtur.

Nunc tandem ad ipſum Societatis primum, deinde ad Ioſephi Anchiétæ, cuiꝰ vnius cauſsà hæc exorſi ſumus, in Braſiliam ingreſſum accedamus.

ANNO demum 1549. Ioannes Rex non tam Imperij, quàm Chriſtianæ Religionis propagandæ ſtudioſus, cùm in Braſiliam Thomam Soſam Prætorem deſtinaſſet, ad cõtinendos in officio Chriſtiani hominis Luſitanos, Ethnicoſq́ue indigenas ad Chriſti fidem alliciendos, non contentus ea Sacerdotum, aliorumq́ue religioſorum virorum copia, qui cum colonis ex Europa eò traiecerant, ſtatuit è Societate IESV, quæ per ea tempora nata, diuina fauente Bonitate, felici prouentu ſuccreſcebat, Sacerdotes aliquot in eam expeditionem mittere; permotus maximè famâ fructus, quem in eo genere Franciſci Xauerij, & paucorum comitum ex eadem Societate labores, & induſtriam in India, aliiſq́ue vlterioribus gentibus peperiſſe cognouerat. Igitur petẽte

Rege

Rege à Simone Roterigio Prępoſito Societatis in Luſitania Prouinciali, quatuor lecti Sacerdotes, Emmanuel Nobrega, Leonardus Nunnius, Antonius Pireus, & Ioannes Aſpliqueta Nauarrus, magni illius Martini Aſpliquetæ patruelis. His additi nõn Sacerdotes eiuſdem Societatis fratres duo, Vincentius Roterigius, & Didacus Iacobæus; Luſitani omnes, præter Nauarrum Aſpliquetam. His omnibus datis ex eorũ numero Rector Nobrega, magnæ doctrinæ, & ſpectatæ virtutis, prudentiæque vir. Et quidem hunc nominatim Rex ipſe optauerat, hominem famâ ſibi notum, antequam Societati ſe adiungeret, cùm Conimbricæ ſtudiis operam daret, ingenij laude præſtantem, & Martini Aſpliquetæ, primam in profeſſione ſacrorum canonum cathedram tenẽtis teſtimonio inter præcipuos probatiſſimum. Hæc tantula manꝰ ad ingẽtem omninò ſyluam expurgandam colendamque deſtinata. Aberat ſub ipſum profectionis tẽ-

pus huius conſilij ignarus Nobrega: nam tum fortè varia loca concionabundus peragrabat. Confeſtim admonitus, cùm omnem feſtinationẽ adhibuiſſet, præuertente nauigandi tempeſtate, claſſis ipſe diſceſſum anteuertere non potuit. In nauim igitur Procuratoris Regij, qui eius rei causá ſubſtiterat, receptus, ſecundaque nauigatione vſus, claſsẽ in curſu aſſequitur; vnaque cum aliis ad Villam veterem ineunte Aprili menſe exſcenderunt, cùm Olyſippone Kalendis ipſis Februariis ſoluiſſent.

FVIT Villa vetus, vt apparet, ante id tempus cum portu Præfecturа non ignobilis, propè fauces inclyti illius ſinus, cui ob egregiam ſitus, naturæque ſpeciem commune nomen idioma Luſitanicũ proprio quodam iure, excellentiaque attribuit Bahyã. Eſt enim Bahya Luſitanis maris ſinus; & cum de Braſiliç locis ſermo eſt, Bahya excellẽti quadã prærogatiua hunc ſinũ ſignificat. Eũ Ioãnes Rex Frãciſco Pereriç Cõ-

tinnio, vti ſuprà demonſtrauimus, poſſidendum conceſſerat, quem Pereria hæredibus reliquerat, &, ſiue duæ Præfecturæ fuerant, ſiue, quod verò ſimilius eſt, in Præfecturam vnam Villa vetus, & Bahya coierãt Ioannes Rex, obſeruata poſtea loci opportunitate, Pereriæ hæredibus digna compenſatione remuneratis, Bahyam ad iura Regia traduxit. Igitur menſe vno in Villa vetere exacto, ad [illegible] nouę vrbi condendæ locum intra ſinum ipſum, duob⁹ inde milliariis eſt itum; eoque trãſlata multitudo, paucis in veteri ſede relictis, quibus locum deſerere haud fuit commodum. Locus vrbi lectus in ſummo colle intra ſinus oſtium portui imminens, vrbi à Saluatore nomen inditum.

Bahyæ deſcriptio.

Iam ſinus ipſe ea pulchritudine eſt, naturæque præſtantia, vt nihil ad adſpectum amœnius eſſe poſſit. Videtur in eũ effingẽdum natura ad laſciuiã vſq; artis vires cõtẽdiſſe: ei⁹ ambitus in 30. circiter leucas circũagitur; pl⁹ 20. in eo peramœnæ vi-

ſuntur inſulæ, frequentes penè omnes, & ad cultum fructumq́ue opportunæ: plus quadraginta ſaccarariæ officinæ circà numerantur. In eum cum fluuij alij, euripiq́ue è mari exſcēdentes, vagoq́ue ac multiplici flexu in mare remeantes, terram iucundo proſpectu variè diſcindunt; tum duo ingentes amnes, Paraquaſurius, & Siriginus eò ſe exonerant, qui omnes, quaſi certamine ſuſcepto, pro ſe quiſque proſpectus contēdunt augere dignitatem. Litora omni conchiliorum genere, quæ grata ſunt eſui, referta; mare ipſum piſcatu abundans: &, vt nihil deſit ad oblectationem, certo anni tempore à Iulio menſe ad Octobrē balænarum greges quà maiorum, quà minorum eò ſe inferunt; &, velut opes ſuas oſtentantes, ſuam quæq́ue prolem præ ſe agunt: tum blando diſcurſu variis luſibus oberrant litora, ſæpeq́ue ſaltu è fluctibus ſe tollunt; rurſusq́ue quaſi palæſtra exercitatę, multa cum elegantia in vndas ſe demergunt, emerguntq́ue, & quaſi

quaſi hominum amore captæ, familiariter inter nauigia ſe inſerunt. Diceres eas his quaſi choræis hominum probationem plauſumque captare. Ad hæc naturæ commoda illa etiam benignitas quaſi cumulus accedit. Extra ſinū ante fauces vtroque in litore tum ad dexterã, tum ad læuam non contemnenda electri vis, ſeu ambræ colligitur; non quidẽ illi ſimilis, ꝙ apud nos in Septentrionis oris ex arborib⁹ exſudat; ſed quod præter vulgatum ambræ nomen, commune cum illo habeat nihil. Colori nullus eſt honos, ad odoramenta adhibitū magno in pretio eſt; vt pari æſtimatione cum auro pendatur. Vnde gignatur, incertum. Eſt illud tantùm obſeruatum, maſſam liquidam in fundo maris, ſenſim concretam cautibus adhæreſcere, coloremq́ue induere ferrugineum, in atrum vergentem: albi etiam coloris non rarò inuenitur, maioris etiã pretij; è cautibus poſtmodùm æſtu maris auulſam, quod piſcium, marinarumq́ue auium eſ- *Ambra odoramentum*

cæ ſupereſt (incredibile eſt.n.omne genus piſcium eius cibi quàm ſit auidum) in litus eiici; ibi etiam à teſtudinibus, cancris, aliiſque eiuſmodi beſtiolis auidiſſimè vorari: exiguam omnino partem in vſum hominum relinqui. Hoc ſpectando theatro, & ſpecioſa naturæ oſtẽtatione vrbs ipſa beatior. Hæc ſummo in colle, porrecta planicie, explicata quatuor firmis caſtellis munitur. Infrà portum habet, quantũuis magnarum claſſium commodè capacem: locum ad opportunitatẽ omnem aptiorem, aut oculis nobilius oblectamentum nõ facilè alibi reperias; vt ex vſque Belgio pingẽdi nobiles artifices eò venerint, ad locum contemplandum, tantùm vt eximiam ſpeciem ad paſcẽdos oculos in tabula proponant. Hic locus lectus Regni ſedes, Luſitanorum conuentus princeps, & vniuerſæ caput iuriſdictionis tum Regiæ, tum Eccleſiaſticæ. Hic etiã Collegiata, & Cathedralis Eccleſia poſt annos aliquot cũ ſuo E-

piſcopo

piſcopo ſedem habuit: ex eoque tempore firma Regia poteſtate in Braſilia, forma Reip.cõſtituta. Sed nos ad vrbis iã fundatæ,& cõſtitutæ ciuitatis recenſenda commoda ſenſim deuenimus, nunc ad ipſa eius primordia redeamus; &,primo Societatis IESV in Braſiliam acceſſu cognito,eius ꝑgreſſiones ad Ioſephi Anchiétæ aduentum percurramus.

Vrbs Saluator ad Bahyam conditur.

LOCO vrbi condendæ deſignato,& ſua cuique areæ parte ad ædificandum attributa, Patribus quoque Societatis IESV, & templo excitando, & ædificandis ædibus locus aſſignatus. Sed illorum prima cura fuit Barbarorum animos ad nouorum hoſpitum amicitiam adiungere, atque ad Dei rerum omnium conditoris cognitionem Chriſtianãq; Religionẽ allicere. Et ſanè nõ tã fera,duráve ingenia incolarũ his in locis, q̃ qui primi ad has terras appulerũt, nacti ſunt. An ꝙ ſuapte natura min⁹ ab humanitate abhorrerent? an aliqua cũ Luſitanis conſuetudine nonnihil mitigati?

in quarum prima quæſtiones de conſcientiæ caſibus explicantur; in media Latinis literis iuuentus inſtituitur; in infima literas legere, & formare pueri docentur. Sunt præterea in mediterraneis vici ſex indigenarum, admiſtis Luſitanis, in quibus ex ipſa Societate Sacerdotes reſident, indigenarum inſtitutioni, & animarum curæ. Qui verò in vrbe & Collegio degunt, præter ſtatas ſolemneſque cum ciuibus occupationes, ad alia ſuperioris oræ loca excurrunt Societatis miniſteria circumferentes; quod in Braſilia tota Societatis Sacerdotibus ſolẽne eſt. Primus eam coloniã cõſtituit, eiuſq; tenuit dominatũ Odoardus Coëli9.

Illæi Colonia. Secundum Pernambucum ad gradus tredecim Bahya, quondam Frãciſci Pereriæ Præfectura, nunc Regia ciuitas eſt. Inter Bahyam ac Portũ ſecurũ ad decimũ quartum in quintũ gradum ſunt Illæi. Eam Præfecturã primus tenuit Georg. à Fighereto Corréa. regio optimi ſoli; ac, ſi campos excipias Piratininganos, omniũ

omniũ Braſilia tota feraciſſimi: rubri ligni & ſatiuarũ rerũ abundans, nec ſaccarariis carebat officinis: ſed Barbarorũ infeſtatione ita attrita omnia, vt propè ad vaſtitatem regio deuenerit. Erat tamen ſpes his proximis annis, pacatis iam Barbaris, & parta rebus pace, terræ frugibus, & ſaccari prouentibus, cùm multa eius opificij inſtrui poſſint ædificia, haud longo tempore coloniam reualituram; & in hoc quoq; oppido eſt Societati ſedes.

HAE ad annum humanæ ſalutis vndequinquageſimum ſupra milleſimum & quingenteſimum adhuc in Braſilia erant Præfecturæ conſtitutæ. Interim rubri ligni, & ſaccari ingens numerus, & metallorum neſcio quid è terra S. Crucis, nunc Braſilia nominata, quotannis exportabatur; nouæque ſubinde venæ metallorum aperiebantur.

ATQVE hæc de locorum natura, ſituq; quãtùm ſatis eſſe viſum eſt, in preſẽs dicta ſint: alia, cũ ſe offeret occaſio, inter narrationẽ attingẽtur.

Nunc tandem ad ipſum Societatis primum, deinde ad Ioſephi Anchiétæ, cuius vnius cauſsâ hæc exorſi ſumus, in Braſiliam ingreſſum accedamus.

ANNO demum 1549. Ioannes Rex non tam Imperij, quàm Chriſtianæ Religionis propagandæ ſtudioſus, cùm in Braſiliam Thomam Soſam Prætorem deſtinaſſet, ad cõtinendos in officio Chriſtiani hominis Luſitanos, Ethnicoſque indigenas ad Chriſti fidem alliciendos, non contentus ea Sacerdotum, aliorumque religioſorum virorum copia, qui cum colonis ex Europa eò traiecerant, ſtatuit è Societate IESV, quæ per ea tempora nata, diuina fauente Bonitate, felici prouentu ſuccreſcebat, Sacerdotes aliquot in eam expeditionem mittere; permotus maximè famâ fructus, quem in eo genere Franciſci Xauerij, & paucorum comitum ex eadem Societate labores, & induſtriam in India, aliiſque vlterioribus gentibus peperiſſe cognouerat. Igitur petẽte

Rege

Rege à Simone Roterigio Prępoſito Societatis in Luſitania Prouinciali, quatuor lecti Sacerdotes, Emmanuel Nobrega, Leonardus Nunnius, Antonius Pireus, & Ioannes Aſpliqueta Nauarrus, magni illius Martini Aſpliquetæ patruelis. His additi nõ Sacerdotes eiuſdem Societatis fratres duo, Vincentius Roterigius, & Didacus Iacobæus, Luſitani omnes, præter Nauarrum Aſpliquetam. His omnibus datis ex eorũ numero Rector Nobrega, magnæ doctrinæ, & ſpectatæ virtutis, prudentiæq́ue vir. Et quidem hunc nominatim Rex ipſe optauerat, hominem famâ ſibi notum, antequam Societati ſe adiungeret, cùm Conimbricæ ſtudiis operam daret, ingenij laude præſtantem, & Martini Aſpliquetæ, primam in profeſſione ſacrorum canonum cathedram tenẽtis teſtimonio inter præcipuos probatiſſimum. Hæc tantula man' ad ingẽtem omninò ſyluam expurgandam colendamq́ue deſtinata. Aberat ſub ipſum profectionis tẽ-

pus huius conſilij ignarus Nobrega: nam tum fortè varia loca concionabundus peragrabat. Confeſtim admonitus, cùm omnem feſtinationē adhibuiſſet, præuertente nauigandi tempeſtate, claſſis ipſe diſceſſum anteuertere non potuit. In nauim igitur Procuratoris Regij, qui eius rei causâ ſubſtiterat, receptus, ſecundaque nauigatione vſus, claſsē in curſu aſſequitur; vnaque cum aliis ad Villam veterem ineunte Aprili menſe exſcenderunt, cùm Olyſippone Kalendis ipſis Februariis ſoluiſſent.

FVIT Villa vetus, vt apparet, ante id tempus cum portu Præfecturæ non ignobilis, propè fauces inclyti illius ſinus, cui ob egregiam ſitus, naturæque ſpeciem commune nomen idioma Luſitanicū proprio quodam iure, excellentiaque attribuit Bahyā. Eſt enim Bahya Luſitanis maris ſinus; & cum de Braſiliæ locis ſermo eſt, Bahya excellēti quadā prærogatiua hunc ſinū ſignificat. Eū Ioānes Rex Frācīſco Pereriæ Cō-

tinnio, vti ſuprà demonſtrauimus, poſſidendum conceſſerat, quem Pereria hæredibus reliquerat, &, ſiue duæ Præfecturæ fuerant, ſiue, quod verò ſimilius eſt, in Præfecturam vnam Villa vetus, & Bahya coierāt Ioannes Rex, obſeruata poſtea loci opportunitate, Pereriæ hæredibus digna compenſatione remuneratis, Bahyam ad iura Regia traduxit. Igitur menſe vno in Villa vetere exacto, ad locum nouę vrbi condendæ locum intra ſinum ipſum, duob⁹ inde milliariis eſt ītum; eoq́ue trāſlata multitudo, paucis in veteri ſede relictis, quibus locum deſerere haud fuit commodum. Locus vrbi lectus in ſummo colle intra ſinus oſtium portui imminens, vrbi à Saluatore nomen inditum.

Iam ſinus ipſe ea pulchritudine eſt, naturæq́ue præſtantia, vt nihil ad adſpectum amœnius eſſe poſſit. Videtur in eū effingēdum natura ad laſciuiā vſq; artis vires cōtēdiſſe: ei⁹ ambitus in 30. circiter leucas circūagitur; pl⁹ 20. in eo peramœnæ vi- *Bahyæ deſcriptio.*

 ſuntur

ſuntur inſulæ, frequentes penè omnes, & ad cultum fructumq́ue opportunæ: plus quadraginta ſaccarariæ officinæ circà numerantur. In eum cum fluuij alij, euripiq́ue è mari exſcēdentes, vagoq́ue ac multiplici flexu in mare remeantes, terram iucundo proſpectu variè diſcindunt; tum duo ingentes amnes, Paraquaſurius, & Siriginus eò ſe exonerant, qui omnes, quaſi certamine ſuſcepto, pro ſe quiſque proſpectus contēdunt augere dignitatem. Litora omni conchiliorū genere, quæ grata ſunt eſui, referta; mare ipſum piſcatu abundans: &, vt nihil deſit ad oblectationem, certo anni tempore à Iulio menſe ad Octobrē balænarum greges quà maiorum, quà minorum eò ſe inferunt; &, velut opes ſuas oſtentantes, ſuam quæq́ue prolem præ ſe agunt: tum blando diſcurſu variis luſibus oberrant litora, ſæpeq́ue ſaltu è fluctibus ſe tollunt; rurſusq́ue quaſi palæſtra exercitatę, multa cum elegantia in vndas ſe demergunt, emerguntq́ue, &

quaſi

quaſi hominum amore captæ, familiariter inter nauigia ſe inſerunt. Diceres eas his quaſi choræis hominum probationem plauſumque captare. Ad hæc naturæ commoda illa etiam benignitas quaſi cumulus accedit. Extra ſinũ ante fauces vtroque in litore tum ad dexterã, tum ad læuam non contemnenda electri vis, ſeu ambræ colligitur; non quidé illi ſimilis, ꝙ apud nos in Septentrionis oris ex arborib⁹ exſudat; ſed quod præter vulgatum ambræ nomen, commune cum illo habeat nihil. Colori nullus eſt honos, ad odoramenta adhibitũ magno in pretio eſt; vt pari æſtimatione cum auro pendatur. Vnde gignatur, incertum. Eſt illud tantùm obſeruatum, maſſam liquidam in fundo maris, ſenſim concretam cautibus adhæreſcere, coloremque induere ferrugineum, in atrum vergentem: albi etiam coloris non rarò inuenitur, maioris etiã pretij; è cautibus poſtmodùm æſtu maris auulſam, quod piſcium, marinarumque auium eſ- *Ambra odoramentum*

 cæ ſu-

piſcopo ſedem habuit: ex eoque tempore firma Regia poteſtate in Braſilia, forma Reip. cõſtituta. Sed nos ad vrbis iã fundatæ, & cõſtitutæ ciuitatis recenſenda commoda ſenſim deuenimus, nunc ad ipſa eius primordia redeamus; &, primo Societatis IESV in Braſiliam acceſſu cognito, eius ꝓgreſſiones ad Ioſephi Anchiétæ aduentum percurramus.

LOCO vrbi condendæ deſignato, & ſua cuique areæ parte ad ædificandum attributa, Patribus quoque Societatis IESV, & templo excitando, & ædificandis ædibus locus aſſignatus. Sed illorum prima cura fuit Barbarorum animos ad nouorum hoſpitum amicitiam adiungere, atque ad Dei rerum omnium conditoris cognitionem Chriſtianãq; Religionẽ allicere. Et ſanè nõ tã fera, duráve ingenia incolarũ his in locis, q̃ qui primi ad has terras appulerũt, nacti ſunt. An ꝙ ſuapte natura min⁹ ab humanitate abhorrerent? an aliqua cũ Luſitanis conſuetudine nonnihil mitigati? *Vrbs Saluator ad Bahyam conditur.*

Braſilorum mores

Nam etſi certum Regem, cuius imperio regantur, nullum habent, vicatim tamen diſtributi habitant, ſinguliſque vicis vnus aliquis, ſi minùs poteſtate, auctoritate certè preſtat ceteris. Ita ſiue fixam ſedem habeant, ſiue vagentur, vt grues, & cerui, aliquem gregis ſui ſequuntur ducē. Ita quot sūt vici ac penè familię, tot quaſi ſylueſtris plebeculę Reſpublicas eſſe dixeris. Conſpirant tamen alicubi vici multi quaſi eiuſdem pagi, in gentem vnam, totaq; natio in gentes plures diuiſa, nullā tamen ciuitatis formam habet, nullas leges, conuentus nullos, cōmune conſilium nullum, niſi quod fortuita cuiq; libido ſuggeſſit temerè: ita & ſedes mutant, & bella gerunt inter ſe, vt cuique libitum fuerit, aut ſubitò ſuccreſcens ira animos inflammarit. Raròadmodùm contingit, vt communi cōſilio publicè aliquid aggrediantur. Similitudinem nonnullam agnoſcas in vaga illa hominum gente, qui è fæce AEgyptiorum, & arenis Libycis ſe pro-

gnatos

gnatos blaterant, quos in Europa *Zingari.*
Zingaros vocamus: qui etiam æneo colore è Braſilica videntur cognatione profecti. Sed Zingari proni ſunt ad furta, à quibus Braſili abhorrent. Zingari vitant bella, quib⁹ ſe mutuò Braſili conſumunt. Vtuntur noſtris indumẽtis, & tenuia quędam exercent opificia, quibus peculiolam cogunt. Braſili nudi, inertes, operæ inimici, nulla induſtria alia, niſi venatu, piſcatuq́; vitam ſuſtentant in diem. Verùm qui circa hæc loca ad Bahyam verſabantur, longo Europæorum vſu emolliti, multùm iam de inſita barbarie detriuerant: proinde quieti imperio parebant; & ſermones de Deo, diuiniſq́ue rebus libenter audiebant. Patres ad ſuos vicos adeũtes humaniter excipiebant, eoſdem vicos alios obeuntes multo obſequio proſequebantur: noſtram humanitatẽ, moreſq́ue placidos amabant; admirabantur ſolertiam, literas maximè ſuſpiciebant, nobiſq́ue ſe ſimiles eſſe etiam in Dei cultu peroptabãt.

Ita in extruenda vrbe adiutores Luſitanis ſe præbebant. Sed non facilè ab inſita feritate; & corroborata per omnem mundi ætatem prauitate auellebantur penitùs. Pueri tantùm, quibus nondum per ætatem altè impreſſa barbaries erat, planiúſque ex eorum ingeniis naturæ lumina emicabant, mirum in modum noſtra conſuetudine, noſtraq; inſtitutione tenebantur; & ferè ipſis parentibus non inuitis, multis etiã probantibus: ita vt non Chriſtianæ diſciplinæ præcepta tantùm, ſolemneſque precationes, quas ſuos poſtea edocerent, ſed Luſitanicam etiã linguam, & noſtras literas magno parentum gaudio condiſcerent; vt appareat barbariem, & prauitatem non à genere, neque à locorum, cœlive natura; ſed à praua inſtitutione, fœdaque conſuetudine hominum moribus adhærere. Hę plãtæ ſumma cura ad omnem probitatem, humanitatẽq; læto prouentu excolebãtur; ipſoq; initio eorũ lecti greges, & quaſi ſeminaria inſtituta.

Pueri ad humanã inſtitutionem faciles

Puerorum ſeminariã inſtituta

Quod

Quod conſilium fuit ad multas vtilitates opportunum: nam & ipſi primùm belluino illi vitæ generi ſubducebantur; & ad continendos in fide parentes, & gentiles eorum, res erat adprimè expedita: nã paulò adultiores facti, noſtræque Religionis myſteria edocti, propria lingua, quæ didicerant, ſuos edocebant, carmineq; catechiſtico delectabant. Et cũ Patres in indigenarum vicos excurrebant, illis ſe comites addebant, & cùm interpretũ, tum catechiſtarum munere percõmodè fungebantur; vſque eò, vt dictatas interdum gentili lingua conciunculas explicarent. Quibus rebus incredibiliter ipſorũ parentes lætabãtur. Ita factũ eſt, vt breui, ꝑter pueros, nõ cõtẽnendus, vt ſe dabãt initia, adultorũ numerus ad Baptiſmũ idoneus legeretur. Reliqui minꝰ in ſua feritate crudeles, ſéſimque ad vorandos homines minùs proni: quãquam in hoc genere nõnißi quos aut ex rixa, aut in bello ceperunt, occideruntve fere ſolemne

Quatenus humanarũ carnium eſu vtãtur Braſili.

ne eſt iis comedere. Quod non magis edacitatem, quàm iram odiumque explendi causâ faciunt: nam quos captos hoſtiliter abducunt, diligenter cuſtoditos, ac multa ſagina refertos, præpingues gulæ ſacrificant, genialiterque inter ſe feſta cũ lætitia ac tripudio conuiuantes abſumunt. Et cùm veniunt vel morbo, vel ætate ad extrema, intelliguntque ſibi eſſe moriendũ, queruntur iniquo animo ſe mori, niſi aliquid ex inimicorum carnibus mandendum ſibi detur. Ita comparati animo ad diuinę iuſtitiæ tribunal ſui mali ignari miſeri deueniunt, alioqui ſanctam ſocietatẽ inter ſe amicè, fideliterque conſeruant. Matrimonia cùm certa nulla habeant, ſed quam quiſq; nactus eſt mulierem, vnam, vel plures, tamdiu cum illis viuat, quamdiu cum vtriſque benè conuenit, orto diſſidio ad libitum faciant diuortium: multi tamen Patrum præceptis obtemperantes, firmum cum vna matrimonium cõſtituebant. Hæc primò quatuor

Coniugia Braſilorum.

tuor

tuor Sacerdotum acceſſu facta ſunt.

INTER hos labores non omiſſa cura eſt extruendi cum templo domicilij. Sed neque erat, vnde fabri operæve accerſerentur, ſingulis ſatis ſuperque in ſuo opere occupatis; neque pecunia in ſumptus ſuppetebat: quò fiebat, vt & opus ipſi exſequi per ſe, & materiam è ſylua ſuis manibus cædere, humeris conuehere, aliorumque exemplo, ea, qua poterant arte, componere cogerentur: &, vt erant magna præditi induſtria, vſu cogente, paucis diebus fabrilē tum lignariam, tum cementariam æquè atque periti magiſtri exercebant. Quibus in laboribus pauculis illis, quas ex Luſitania attulerant, veſtibus detritis, ac laceris, breui tempore excalceati, ac ſeminudi vtroque in opere, & diſſeminandi verbi Dei, & extruendi ædificij verſabantur. Sed obſoletus, lacerq; veſtium habitus inter homines nudos verbum Dei prædicantibus nitori erat; vt dicere illi poſsēt, qui euangelizabantur Euangeliſtis ſuis

Patrum Societatis labores & ærūna.

ſuis, *Veſtimentum tibi eſt: eſto Princeps noſter.* Accedebat & illud incõmodum omnium duriſſimum, quòd omni apparatu deſtitutis quotidianum victum mendicatò quærere neceſſe erat. Sed haud multò interiecto tempore Prætoris cura illorũ inopiæ ſubuentum eſt.

Christianorum noſtratium corrupti mores.

Ceterum in re Chriſtiana procuranda non minus primis temporibus cum Chriſtianis, quàm cum Barbaris, illis negotij fuit. Et quidẽ eos, qui cum claſſe venerant, non magnum fuit continere in officio, integros adhuc è Luſitania aſportatos, & nulla externorum morum contagione inquinatos: qui verò à primis tẽporibus in has terras trãſierant, longo multorũ annorũ decurſu Eccleſiaſtico Paſtore, Doctoreq; bono deſtituti, licentiæ aſſueti multum à Chriſtiana integritate degenerauerant: mira Religionis negligẽtia: Chriſtiani hominis officij nulla cura; nullũ niſi augendæ rei ſtudiũ, & voluptates cõparãdi. Nullũ iniuriarum genus in indigenas

non

non iuſtum putabatur: eos dolis circumuentos excipere; iniuſta detinere ſeruitute, modis omnibus vexare, nulla religio; quin etiam impedimento erant, quò minùs ad Chriſtianam Religionem vocarentur, ne poteſtate eos diuexandi priuarentur. Adhæc ancillarum, pellicumque greges Barbarorum more alere decori erat. Epiſcopus per id tempus nullus, null⁹ Antiſtes, Eccleſiaſtica poteſtas nulla. Illi ipſi q̄ prohibere debuiſsēt, qui ex Europa magiſtri morum venerant, ſocij in ſcelere, hortatores erant ad iniuriam: licere impium genus, Chriſtiano nomini infeſtum omni contumelia afficere. Ita praua doctrina nō modò ſcelera fouebant, ſed multa etiā audacia vera docentium conatibus aduerſabantur. Erāt mancipiorum, tum ſeruorum, tum ancillarum greges, quos contra ius, faſque quà dolo, quà rapto occuparant, dimittendi; erant ipſi Chriſtiani ab illorum rapina, atque ab iniuria auocandi, quorū vtrumq; vt nouū & ad

eam diem ipſis inauditum, morte grauius exiſtimabatur. Multi præterea è tenuioribus, & ex infima fæce in tanta Religionis negligentia, & effrenatæ libidinis licentia, quod illi genti pronum eſt, Barbarorum cõſuetudine, & ipſi efferati in mediterranea ſeceſſerãt, ibiq́; inter Barbaros Barbarorum more viuebant, Chriſtianam propè Religionẽ obliti. Et hi quoque ad ſuos fuère reuocandi.

Malefici inter Barbaros Patribus aduerſantũr.

Svper hæc omnia erat etiam propria, & quaſi domeſtica Barbarorum ſcabies, & rubigo exterenda. Malefici inter eos, qui cæteris audaciâ præſtabant, impoſtores hebetiſſimi ſe Sanctos, & deos faciebant: vana multa pollicebantur, prædicebantq́; euentura; & cum abſurda multa ſtultè blaterarent, illorumq́ue mendacia tantùm non manibus tenerentur; tanta tamen eſt in gente hebetudo, vt illis nihilominùs fides haberetur. Hi modis omnibus populares à Patrum conſuetudine auertebãt; Patres id mo-

liri

liri, vt vel deceptos in ſeruitutem abducant, vel iis exitium extremãque perniciem parent. Enimverò in tam alta barbarie non vſque eò infans impietas fuit, afflatu præſertim Tartareo adiuta, vt non interdum aliquid ad perſuadendum non ineptum proferat. Et hi quoque fuêre ſuperandi. Sed magna vis eſt veritatis, diuina præſertim gratia fauẽte. Conſtantia tandem, & diuina ope Patrum labores promouente, cęperunt hæc quoque monſtra ferocia miteſcere: multi enim è noſtratibus reprehenſionum grauitate permoti, ipſa præſertim æquitate cauſæ perſpecta, diuina affulgente luce, probare tandem cœpêre, quod iniquo antè animo ferebant. Ita multi reuocati ab iniuria, multaque contra ius, faſque occupata ſeruitia manumiſſa, exactiſque pellicibus, legitima matrimonia coniuncta multa: tũ qui cum Barbaris viuere aſſueuerant, nõ ſine magno labore ad Chriſti vexilla reuocati, & magna quoque ex parte harioli compreſſi. Et, quoniam

quoniam malum longè per omnes oras emanarat, rebus vtcumque ad Bahyam compoſitis, fuêre Patres in Præfecturas alias diſpertiendi. Leonardus Nunnius cum Didaco Iacobæo ad S. Vincentij coloniam profecti, ibi hæſerunt. Eodem fermè tẽpore Emmanuel Nobrega Pernambucum venit, vtrobique Dominicus ager iis, quas dixi ſentibus expurgandus. Ita diuina fauente ope, poſt multos exhauſtos labores, ſatæ ſegetes fructus lætiores protulerunt. Vtrobique locus lectus extruendis Societati ædibus & templo. Cæteri Patres cùm in Bahya reſiderent, cæteras circà Præfecturas, Illæos, Portum ſecurum, & Spiritum ſanctum obeuntes, agrum Dominicum quotidie lætioribus frugibus fœcũdiorem reddebant. Interim in his tribus Præfecturis domicilia Societati ſunt extructa, & puerorũ indigenarum ſeminaria magno cum rei Chriſtianæ fructu legi cepta. Sed Aſpliquetam, præcipuè totum peregrinationes ad Barbarorum

In S. Vincentij Præfectura, & Pernambuci ſedes Patribus datur.

In Illæis, Portu ſecuro, & Spiritu ſancto colonijs Societati ſedes datur.

vicos

vicos etiam in mediterraneis longè poſitos abripiebant. Et, vt olim Paulus ad Gẽtes edocendas, ſic ille præter cæteros, ad Barbaros erudiendos diuino inſtinctu lectus videbatur. Ipſorum idioma, quòd quandã cum ſuo gentili ſimilitudinẽ habere videretur, omnium aptiſſimè perceperat. Sic quocumque ſe conferret, magna vbique gratia excipiebatur. Fructus etſi non par labori, aliquid boni tamẽ ad rẽ Chriſtianam ſemper afferebat: nam quãuis non omnibus, qui iam capaces eſſent, Baptiſmum ob eorum feros mores, & inconſtantiam credere auderent, multi tamen in ipſo mortis confinio baptizabantur, & pueri ad ſeminaria legebantur. Tum dilatum ipſum Chriſtianæ rei votum ſenſim illos ad ſuæ feritatis odium afficiebat. Subinde tamen Patres ſtatis temporibus ad Chriſtianorum loca concionibus, & Sacramentorum adminiſtratione fidelibus excolendis ſe referebant. Hoc Chriſtianæ rei fructu

pri-

primus poſt in Braſiliam aduentum annus circumactus.

Anno 1550 quatuor alij Sacerdotes veniunt.

Anno poſtmodũ milleſimo quingẽteſimo quinquageſimo quatuor alij Sacerdotes auxilio miſſi, Saluator Rotericus, Franciſc⁹ Pireus, Emmanuel Payua, & Alfõſus Blaſius: ſubindeque alii quotãnis mittebantur. Aucto operarum numero, auctus etiam laborum fructus: multiſque in locis Societati ſedes conſtitutæ, & domicilia, diuerſoriaque variis in oppidis, vicisque tum Chriſtianorum, tum Ethnicorum extructa. Addita præterea ſeorſim à frequentia Oratoria, paruaque ſacella, tum ad Societatis vſum, tum ad pietatẽ laicorũ excitãdam: ad quę & quiſq; priuatim ad orandum commeare, & è vicis oppidiſque ſupplicationes pro tempore agmine ire conſueſcent. Aucta præterea etiam puerorum ſeminaria, ad S. Vincentiũ, ad Spiritum ſanctum, ad Illæos. Sed in vrbe Saluatore ad Bahyam ducenti circiter indigenarum filij alebãtur, qui omnes vſu linguæ, & ſuorum

Domicilia Societatis alia extructa.

Puerorum ſeminaria.

conſuetudine ad ſuæ gentis homines ad Religionem alliciendos, magno erant Patrum laboribus adiumento. Res denique Dei beneficio ſecundiore in dies curſu procedebat, & Chriſtiani veteres non ab iniuria modò, ſed à vitæ quoque prauitate ſe ad Chriſtianam pietatem referebant: ita vt non pauci rerum Braſilicarum, Braſiliciq́ue idiomatis benè periti, diuino inſtinctu permoti, Societati IESV ſe addixerint, bonoſq́ue ac ſtrenuos tum ad peregrinationes, Barbarorumq́; inſtitutiones, tum ad aliarum rerum, linguæ præſertim percipiendæ Patribus adiutores præbuerint.

HIS ſupplementis aucta Societas maiore contentione ad Barbarorum conuerſionem incumbebat. Itaque & peregrinationes crebriores ſuſceptæ, & in gentis interiores fines penetratum maiore ſemper cũ Religionis propagatione; ita vt etiam inter Barbaros, & vici, & Eccleſiæ Chriſtianorum cenſerentur; gregeſq́ue catechumenorum ad Ba-

ptiſmum inſtituerentur. Neque interim Chriſtianorum veterum, apud quos omnia penè iam erant in tuto cura neglecta, ſed vitæ exẽplo Socij, doctrinâ, concionibus, aliiſque Societatis miniſteriis omnes ad Chriſtiani hominis officium incitabant.

Anno 1553. Ioſephus Anchieta cum alijs venit in Braſiliã.

Hoc rerum ſtatus, cum Religio maiora caperet in dies incrementa, anno eiuſdem ſeculi tertio, & quinquageſimo è Luſitania ſuperuenêre Sacerdotes tres, Aloyſius Grana, q Conimbricenſe Collegium Rector adminiſtrarat, Blaſius Ludouicus, & Ambroſius Pireus, & cum his fratres quatuor, Gregorius Serranus, Ioannes Gonzalus, Antonius Blaſquius, & omnium natu minimus, tamquam Iſai filius lectiſſimus, per eã, quã ante dixi occaſionẽ Ioſeph⁹ Anchiéta. Aucto iã in Braſilia ſociorum numero, expedire viſum eſt, familiam vniuerſam in Prouinciæ formam redigere. Ergo Prouinciale regendi munus Emmanueli Nobregæ demandatum. Is quo tempore

pore Anchiéta cũ cōmitibus Bahyã tenuit, S. Vincentij morabatur: ibi enim per id tempus, nullo adhuc in Braſilia Collegio conſtituto, Sociorum conuentus verſabatur; & cùm ſcholæ adhuc nullæ, nulliq́ue magiſtri haberentur, Præpoſiti Prouincialis, viri inter eos doctrina, & prudentia inſignis, reſponſa, præſcripta, inſtitutaque ſcholarum, & Collegiorũ inſtar erant. Hũc quoq; Anchiéta, poſtquam ſe ex morbo, & nauigatione recreaſſet, Bahyâ euocatus, primus omnium è Societate in Braſilia Latinas literas docere cepit. Schola inſtituta eſt Piratiningæ. Auditores habuit è Societate nonnullos, & valdè bonum numerum Luſitanorum adoleſcẽtium. Quo in munere magno cum diſcipulorum fructu, & probatione omnium per annos aliquot ſe exercuit; ſed maior opinione fuit labor. Non erat tum ea copia librorum in Braſilia, vt ſinguli diſcipuli ſuos proprios codices, vnde Grammaticæ præcepta diſcerent, Latinæq; linguæ, & rerũ

Ioſephus Anchieta primus Latinas litteras docet in Braſilia.

aliarum obſeruationes haurire poſſent, haberent. Huic incommodo magiſter (agnoſce miram in adoleſcente charitatẽ) ſuo labore ſubueniendum ratus, ſua manu iis, qui carebant, in libris papyraceis, quæ diſcenda forent, deſcripta dabat. Huic operæ, quoniam diſtributæ in horas ſingulas exercitationes, diurnum tempus excludebant, nocturna ſomni tempora, nondum editis Societatis legibus, deſcriptaq; diſciplina, addicebantur, vt benè ſæpè noctes, quantumuis longæ eſsẽt, in matutinum, cùm diurna repetẽda eſſet opera, inſomnes traherentur. Hac ſuſcepta conſuetudine, ita deinde corporis naturã obtemperantem habuit, vt, quamdiu vixit, inſomnia numquam illi grauis fuerit. Inde tam familiaris illi poſtea, & vſitata per multas horas in preces pernoctatio. Sed haud dubiè non ſine diuina ope factum eſt, vt adoleſcens, recens è morbo, & periculoſo, & ſæua pertinacia diuturno, tãta cum corporis vexatione, tam laborioſo

borioſo, atque ærumnoſo operi par fuerit. Adiecit inde animũ ad Braſilicam linguam addiſcendam: quo in ſtudio tantum profecit, vt non modò peritè prompteque loqueretur; ſed artem etiam Grammaticam eiuſdem linguæ conſcriberet, quæ poſt aliquot annos ab ipſo, aliiſque idiomatis benè peritis recognita, & aucta in Luſitania typis excuſa, magno compendio eorum, qui ad hãc Braſilicam excolendam vineam ſe conferunt, poſtea fuerit. Haberi enim cœptæ ſunt in Collegio Bahyenſi ad eos, qui eò veniunt, quotidianæ ſcholæ: quò fit, vt non magnò labore breui omnes ea ſe lingua cõmodè exerceant. Accedit & illud commodum, quod ita ordinata eſt, vt paucis obſeruatis dialectis, communis ea lingua ſit multis aliis nationibus, quæ mare accolunt, ab oſtio Maranonis flũminis per omnẽ maritimam oram vſque ad Paraquarios, qui in continenti Hiſpanici Regni ſunt, intra Peruuium. Neque his finibus ingenioſi ſe con-

Braſilicæ linguæ Grãmaticam, & alia Braſilico idiomate ſcribit.

tinuit induſtria adoleſcentis; ſed ad vltiora ſe porrexit: nam & Dictionarium etiam ordinare aggreſſus eſt. Chriſtianam doctrinã, plenioremque Catechiſmum in eandẽ linguam tranſtulit: Dialogos etiam per interrogationes, & reſponſa, quibus Religionis myſteria ſcitu digna explicantur, ad catechumenorum exercitationes eodem idiomate conſcripſit. Inſtitutionem etiam ad interrogandos inter confeſſionẽ pœnitentes. Syntagma quoque monitorum, quibus morientium animi extremo illo tempore confirmantur: & hæc omnia dum quotidianarum ſcholarum occupationibus teneretur. Magnum vtiq;, præſenſq; ſocietatis hominibus inſtrumentum ad ſua exercenda miniſteria comparauit. Et, vt erat ſtudio ad rem diuinam promouendam indefeſſo, & ſtudio par ingenium, induſtriaque ſuppetebat, ad auertẽdos à laſciuis cantionibus Chriſtianos veteres, Neophytoſq; & catechumenos iucundo oblectamẽto ad

pieta-

pietatem incitandos, contulit ſe ad pia conſcribenda carmina. Erat ille linguarum quatuor, Latinæ, Luſitanicæ, Hiſpanicę, & Braſilicæ benè peritus. His omnibus ſe ſcribendis verſibus multa cum induſtria exercuit. Res illi ſucceſſit ad votum: nã & laſciuas cantiunculas, quæ vulgò canebantur, in pia cantica conuertit, & nouos ipſe cantus, à ſe multa cum vetuſtate cõpoſitos, in vſum induxit. Quæ ita omnium magna gratia excipiebãtur, vt iis interdiũ, noctuque aſſiduè plateæ, viciq; perſonarent; in Eccleſia etiam inter catechiſtica cantica decantarentur. Quæ res omne genus hominum tũ noſtratium, tũ indigenarum ad piè Deum venerandum excitabat. Dramaticũ etiam genus, rem omnino nouam, neque vnquam his in oris cognitam, Deo maximè probante, tentauit. Optabat Nobrega vitia quædam corrigi, quæ in Chriſtianos veteres irrepſerãtne, an inoleuerant? quibus diuini cultus reuerentia, etiam apud

Dramà ſcribit & populo dat.

Braſilos minui poſſe videbatur. Poſtulauit à Ioſepho ea de re Drama vt conſcriberet, populo exhibendum. Conſcribitur, theatrum legitur ſub dio: excitatur ſcena, actores præſtò ſunt. Et quoniam ita ſcripta erat fabula, vt inter Luſitanica diuerbia Braſilico ſermone epiſodia multa inſererentur, eius rei famâ multos exciuit ex vniuerſa Præfectura tam indigenas, quàm Luſitanos ad ſpectādum. Fabula dabatur in oppido S. Vincentio. Cùm maximè ad audiēdum conuenissēt, ecce tibi horrida tempeſtate cœlū obnubitur; atra nubes dēſaque ſuperincumbens raras guttas, graueſque excuſſit. Perturbauit ea res caueam totam; ſpectatoreſque ſe recipiebant. Prodit Ioſephus, præſentique animo, magna voce vetat loco moueri quemquam, certò futurū vt ante abſolutam fabulam imber nullus decidat. Nempe hoc eſt ſanctis viris datum, vt, cùm rebus trepidis bonæ ſpei pollicentur aliquid voce, vultu, ſpiritu, ipſoque genere

verbo-

verborum, inprimis verò diuino Spiritu interiore quadam ſympathia hominum animos afficiente, id aſſequantur, vt perſuadeant. Ita, ſeu perſpecta aliis in rebus promiſſorum veritate, ſeu Deo ſpectatorum animos diuino ſuo Spiritu intus confirmante, ea vox veluti cœlo miſſa excipitur. Nullus mouetur; peragitur fabula, quietè ſpectante, & plaudente populo. Tenuit actio in horas tres, nubibus pluuiam in ſingula momenta minitantibus. Diuina tandem bonitate factum eſt, vt nonniſi peracta fabula, dimiſſoque populo, pluuia, quaſi tum venia data, ingenti fragore impetuque ventorum decideret. His, aliiſque id genus rebus, & vitæ in quotidiana cõſuetudine ſanctimonia perſpecta, omnium in ſe oculos, animoſq; conuerterat; vt iam docẽdi munere leuatus, vnà cùm Sacerdotibus Apoſtolicum in morẽ Barbarorum vicos, ad fidem propagandam, nondum ſacris ordinibus initiatus, obiret.

Leuatus docendi munere, ad Barbaros Religione imbuendos peregrinatur.

Admirăda ſenis Barbari ad fidem conuerſio.

ACCIDIT, vt cùm comes, & interpres Sacerdoti cuidam datus eſſet, inter ambulandum in ſenem indigenam incideret, vt prodebat adſpectus centenario maiorem (ſunt enim iis in locis non pauci, longęve admodum ætatis) ſermonem cum eo miſcet: multa illi de rerum omnium conditore, deque diuinis rebus, vitaque futura exponit: quarũ rerum nullam ſenex ad id tempus cognitionem habuerat; iis tamẽ cognoſcendis tanta lætitia perfunditur, vt filios, nepoteſque, qui nõ longè aberant, aduocarit, ad boni nuncij lætitiam communicandam, eaq; percipienda, ſeque iuuandum, ad eorum memoriam domi repetendã. Tantaque ea cognitione animus iucunditate complebatur, vt ne noctu quidem ſomnum caperet earum rerum cogitatione, colloquutioneque delectatus. Tandem paucis diebus, cum ſatis videretur inſtructus, in Eccleſia ſacro fonte abluitur, tãtóq; eo die gaudio completus eſt, vt graue illi eſſet à ſacris parie-

parietibus diſcedere, niſi vt inde in cœlum euolaret. Sed vnde tanta in ſene, & Barbaro, & hebete repentè ex diuinis rebus animi lætitia, tãtus cœleſtium rerum amor, deſpectuſque terrenarum? Nimirum altitudo illa diuitiarum, ſapientiæq; diuinæ admiranda, cuius incomprehenſibilia iudicia, & viæ ſunt inueſtigabiles, in illius animum lucis ſuæ radios infuderat: liberque ille; & vt videbatur, fortuitus Ioſephi congreſſus ad eum temporis articulum diuina ſapientia ità attemperatè directus eſt, vt prædeſtinatæ ſenis ſaluti forti diuinæ prouidentiæ diſpoſitione inſeruierit. Sed haud diu ſinceri Neophyti vota diſtulit diuina Bonitas: paucis enim à ſua regeneratione diebus vinculis corporis ſolutus, ad eã, quam præoptauerat, vitam tranſlatus eſt. Hunc fructum Ioſephi labores, & ſtudiũ in diuina cauſa ſemper vigilans protulêre. Deniq; tantam de ſe, deq; ſua virtute opinionem cõcitauit, vt ipſe Nobrega Prępoſitus prouincia-

lis quocunque iret, eum ſibi comitẽ adoptaret; ſibi non interpretẽ modò, ſed etiam conſiliarium adhiberet: nihil enim ferè maiorum minorumve rerum, illo inconſulto, facere conſueuit.

VITÆ IOSEPHI ANCHIETÆ E SOCIETATE IESV

LIBER SECVNDVS.

Sinus Ianuarienſis.

IAM Luſitana, Chriſtianaque res, Dei bonitate, felici curſu procedebant, cũ ecce, vnde minimè timebatur, grauis exorta perturbatio, ſubito tumultu, trepidationeque omnia cõpleuit. Eſt in extrema Zona torrida, ſub ipſo Capricorni tropicô ad viceſimũ tertium gradũ, & dimidium, inter S. Vincentium, & Spiritum ſanctum colonias, peramplus, & opportunus maris ſinus, haud

haud multò minor Bahya. Locum incolæ parum apto vocabulo *flumen Ianuarienſe* nominant: flumen tamen non eſt, ſed mare intra terras irrumpens immanem ſibi aperit hiatum, in leucas fermè quatuordecim. Nomen idem & mari, & omni circà Regioni. Multi vberes amnes in ſinum influunt, quorum maximum, quem *Macucum* nominant, Luſitanico Tago maioré eſſe aiunt. Quadraginta circiter intus habet inſulas: earum multæ, quæ magnitudine præſtant, incoluntur; reliquæ ad ornatum à natura editæ; multæ itē, vt in tanto ſinus ambitu ſtationes, ſinuſque alij minores, inſtar portuū tutam nauigiis ſedem præſtant. Eius fauces, quà mare intrat, tam anguſtum coeunt in ſpatium, vt quamuis parui, ænei tormenti ictum nō excedant. Locus adhuc, quòd nullus externo metus eſſet ab hoſte, & indigenis ferè nulli eſſet vſui; ne Regiæ vires tot tuēdis præſidiis diſtraherentur, incuſtoditus, & neglectus habebatur; cùm ſatis

cuſtodit⁹ videretur, duabus hinc inde firmis cinctus Præfecturis. Hui⁹ opportunitatem loci, vt par eſt credere, hominis non imperiti, & inter Luſitanos, ſeu fortè, vt fit, ſeu per cauſam mercimonij, aut aliam quamuis, conſilio diſſimulato, verſati, animaduerterunt, & indigenarum à Luſitani alienatione obſeruata, poſſe ſe, ſi eius loci potirentur, eadem quæ Luſitanis emolumenta ex eius terrę fructibus percipere; & locum ad figendam ſedem eſſe opportunum. Inde anno ab humanæ ſalutis exordio 1556. Nicolaus Villaganonius vir clarus in Gallia, & ordinis fratrum militum S. Ioannis Cōmendatarius cum Gallorum inſtructa claſſe improuiſo ſuperuentu hunc ſinum occupat. Oſtium pro re nata munimento claudit, indigenaſque ad belli ſocietatem trahit. Gens Tamuyæ nominãtur, & multitudine abundantes, & bellãdi ferocia timendi. Ij antè cum Luſitanis pacem habuerant, ſocietatemque ſeruarant: ſed iniuriis exaſperati, ab

Gallica claſſis.

Tamuyæ & Tamuyani belli initium.

corum

eorum ſe amicitia ſubduxerãt. Hanc Gallus nactus occaſionẽ, comitate; & largitionibus eorum animis ſibi adiunctis, fœdus cum illis aduerſus communem hoſtem facit. Gallis loci opportunitas, Zaniuyis Gallorũ arma animos addebãt. Ergo præter clauſtri cuſtodiam, vna intus ex inſulis lecta, quam caſtello ex ſolido ſaxo ferro, & arte excauato cõmunire aggrediuntur. Ad eã rẽ indigenæ operam ſuam libentibus animis contulerunt. Locus erat ad bellum ducendum aptiſſimus: ager circà pabulo abundans, pecorum, & largam alimentorum copiã, orizæ præſertim, & farinæ eius terræ, quam *mandiocam* appellãt, ſuppeditabat: aromatũ, maximè piperis, ac zingiberis, quorum exportatio Luſitanis interdicitur, braſili ligni, & ſaccari ingens vis magnis prouentibus aduenas locupletabat. Apparebantque indicia metalli fodinarum, quæ omnia ad alẽdum bellũ erãt opportuna; præſertim pretioſarũ merciũ inuitatu, ſupplementis ſubinde è Gallia aduenientibus. Hoc

Hæſit hęc macula imperio in quartũ annum, neque hoſtes ex eo nido extrudi potuerunt, cum interim Zamuyę ſe ad bellum compararent, Gallos hoſpites in effodienda munitione terræ fructibus, commeatuque conuehendo, aliiſque opportunitatibus cõparandis ſtrenuè adiuuarent; donec tandem anno Domini 1557. Ioannes Luſitaniæ Rex, doctus à fide dignis auctoribus, multis grauibuſque iniuriis Braſilos à Chriſtianis noſtratibus vexari; magnoque eam rem impedimẽto eſſe ad eos ad Chriſtianorũ gregem adducendos, Mendem Salam, virum integerrimum, ac magni animi hominem, multo rerum vſu prudentiâque clarum, & multa etiam doctrina ornatum ad Braſiliam regendam ſummo cum imperio miſit. Cui etiam in mandatis dedit, curaret omni ope, vt Braſila gens ad Chriſti fidem adduceretur. Nullũ maius officium ipſi imminere, quàm vt eius oræ homines ad Dei cognitionem cultumque traducantur, impe-

Mendes Salæ Prætor rẽ Chriſtianam in Braſilia ordinat, gentis libertatẽ conſtituit.

impedimentaque omnia amoneat, quibus gentis poſſit libertas impediri. Mendes cùm primùm in prouinciam venit, nihil prius habuit, quàm vt Regis mandata de re Chriſtiana promouenda exqueretur. Quare miſſis circum vicos, populoſque indigenarum Bahyam accolentium, qui gentis primores ad ſe accerſerent, egit cum illis de conditionibus pacis, in quibus prima lex fuit, ne vllo vnquam tempore humanis carnibus, ne ſuorum quidem inimicorum, aut hoſtium veſcerentur: altera, vt Chriſtianæ legis magiſtros, Societatiſque IESV Sacerdotes ad ſe adeuntes exciperent, ac ſanctum inter ipſos Euangeliũ, diuinamq; Dei legem prædicare permitterent. Vtrique rei libentiſſimis illi animis aſſenſerunt. Perſuaſit etiam, vt minutis, infrequentibuſque villis ac vicis relictis, ſe ad maiores, frequentioreſq; vnà multi reciperent; in communeſque quaſi ciuitates coaleſcerẽt; in ijſq; Eccleſias excitarent, quo ſtatis diebus Chri-

Chriſtiani ad diuinę legis pręcepta, Chriſtianamque doctrinam addiſcendam, in primis verò rerum ſacrarũ cauſâ cõuenirent; in iiſq; ſedẽ haberẽt, qui è Societate Ieſu Sacerdotes ad ipſos Chriſtianæ vitæ præceptis imbuendos ventitarent. Neq; minùs prouidus fuit in eorũ libertate cõſtituenda, vetuitq; eos in poſterũ captiuos duci: & q̃ per iniuriã detinerẽtur, eos edixit manu mitti, grauiter in eos animaduertens, qui illorũ iura violaſſent. Regis volũtatẽ eſſe, vt nulla in re iis fiat iniuria.

Fvit inter noſtrates magnis opibus, magnæque potentiæ vir, qui miſeræ gentis aſſuetus iniuriæ, ad Regia edicta contumacem ſe præbuit in iniuria perſeuerans; multoſque per iniuriam captos dimittere detrectabat. Aduerſùs hunc Prætor validam militum manũ miſit, qui iniurioſi hominis ædes diſturbarent: illeque contumacæ pœnas dediſſet, niſi, poſitis ſpiritibus, animũ ad modeſtiam, & legum obedientiã compoſuiſſet. Paraqua ſu-

rij fluminis accolæ Bahyenſibus finitimi, infeſti Chriſtianis ſuis gentilibus erant, qui circa Bahyam Eccleſiam frequentabant: eoſque aſſiduis iniuriis laceſſebant, vſque eò vt etiam nonnullos interfecerint. Poſtulauit Prætor, vt iniurioſi illi ſibi dederentur: id illi ab inſita feritate, ſua freti multitudine, & Luſitanorum arma nondum experti, neglexerunt. Eos Prætor ipſe in ipſorum finibus bello adortus, magna illorum edita ſtrage, plus centum ſexaginta villis exuſtis, ita attriuit, vt ad pacem petendam adigerentur, quam iiſdem legibus, quibus Bahyenſes impetrauerunt. In primis verò; vt Eccleſias & ipſi ad Chriſtianorum ſacros ritus, conuentuſque celebrãdos extruerẽt; Patreſq́; è Societate Ieſu inter ſe, ad Eccleſiarũ, parœciarũq́; curã verſari paterẽtur.

Rebus Imperij, Religioniſque ac iuſtitiæ legibus ad Bahyam conſtitutis, ad rem bellicam, Ianuarienſemq́; ſinum vindicandum animum adiecit. Hoſtes interim quatuor *Bellum Ianuarienſe ſuſcipitur.*

iam

iam annorum ſpatio ſaxea in inſula munitione abſoluta, nouis ex Gallia ſupplementis, & Tamuyarum multitudine magis magiſque in dies augebantur. Bellum adhuc nullum vltrò intulerant, abſoluenda munitione occupati, & emolumentis interim mercimoniorum contēti. Sed abſoluta iam munitione, domibuſque cum ciſterna ad aquilegium in ſaxo exciſis, periculum erat, ne, ſollicitatis per Tamuyas aliis gentibus, & ſuperuentu quotidie nouæ multitudinis ex Gallia, bellum inferrent, cum magno ſaltē tum priuatorum, tum etiam Regiorum vectigalium detrimēto, & periculo de tota prouincia non contēnendo.

Ioannes Luſitaniæ Rex moritur Sebaſtianus nepos illi ſuccedit.

DVM hæc in Braſilia geruntur, in Luſitania magno cum totius rei incommodo Ioannes Rex vitâ fungitur; & maiore adhuc cum incommodo biennio, triennióve ante Ioannes Ioannis Regis filius è viuis exceſſerat, vxore grauidà relicta, è qua maturo tempore natus Sebaſtianus.

anus Regni fuit hæres. Eius auia Catharina Auſtriaca Caroli V. Auguſti Soror, virilis, ac Regiæ indolis fœmina pro nepote Regni adminiſtrationem ſuſcepit. Hæc periculo cognoto, idoneã claſſem ex Luſitania miſerat, qua aſſumpta, Prętor, magno procerum comitatu, lectam ſuam cuiuſq; manum ducẽtium, adiunctis nauibus aliis, quæ ad oræ Braſilicæ cuſtodiam diſpoſitę erant, contractiſque copiis, tum ex omni Luſitanorum delectu, tum ex indigenarũ auxiliis, anno Domini 1560. venit ad ſinum Ianuarienſem; ac, perruptis clauſtris, ſinum intrat, arcemque ſaxeam, rem humano æſtimatu inexpugnabilem, machinis prælioque fortiter oppugnare aggreditur. Et cum maximè intenti eſſent vtrique in prælium, delecta Luſitanorum manus ab caſtelli latere à prælio auerſo, prærupto, & cõfragoſo, ac propterea hominum iudicio inacceſſo, pertinaci virtute adrepentes, in caſtellum euadunt; ſubitoque impetu ſulphurei pulueris appa-

Catharina Regina Sebaſtiani auia Regnum pro nepote adminiſtrat.

Anno Domini 1560. Ianuarienſis ſinus è Gallis recipitur

apparatu potiuntur. Conſternati Galli rei iactura, & inopinato hoſtiam auſu oppreſſi, deſperata victoria, deditionem fecêre; caſtelloque cum machinis, omniq; bellico apparatu relictis, ad naues ſe recipiunt. Indeque dilapſi, partim patriam repetierunt, partim cum Tamuyis, belli renouandi, & mercimonij exercendi causâ hæſerunt. Prætor victoriâ potitus, caſtellum diſiecit; præſidioque machinis, bellicoque apparatui aſportando relicto, menſe Iunio Bahyam ſe retulit, certioremque Reginam Sebaſtiani Regis auiam de toto bello per literas fecit. Gratiæ illi actæ, datũque negotium, vt Ianuarienſem ſinum muniret, firmãque idoneis adiectis munitionibus coloniam deduceret; ne iterum maiore cum periculo belli ſedem hoſtibus præberet. Tamuyę interim maleficio nõ abſtinebant: quin etiam Vincentianæ coloniæ detrimentoſo magis, ac moleſto, quàm aut graui, aut continenti bello infeſti erant.

Tamuyarum, & infeſtinationes.

Ex-

Excurſionibus, ac direptionibus litora fœdebant, Neophytos in opere occupatos, nec opinantes improuiſo aduentu adorti excipiebāt: captos viros, mulieres, pueros abducebant. Belli præmia nulla, niſi captiuos hoſtes, occiſos more patrio genialiter vorare. Biennium tenuit moleſta illa infaſtatio; neque vlla vi Barbarorum audacia cohiberi potuit. Emmanuel Nobrega regendæ Prouinciȩ munere in Aloyſiū Granā trāslato, S. Vinc. præſes eius familiæ degebat. Is colloquiis, & concione noſtros accuſare, monere, ipſorum iniuria fieri, & iuſto Dei iudicio, vt aduerſariis iam ſecundæ, noſtris ſemper aduerſæ res procederent; orare, hortari, vt à miſeris diuexandis abſtinerent: quamdiu enim iuſtā querelarum cauſam habeant aduersùm nos, noſtros numquam bello potiores futuros. Ad has cœleſtis iræ denunciationes & minas, domi etiam totius familiæ preces, corporiſque afflictationes, ad diuinam indignationē auertendam

Emmanuel Nobrega regenda prouincia onere cedit.

tendam, menteſq; hominum ad iniuriarum pœnitudinem permouēdas addebantur.

Vincentianorum cōſtantia in fide.

INTER tot tantaſque turbas infeſtationeſque Vincentiani Neophyti ſuæ fidei, pietatiſque documenta dedêre non obſcura: nam ꝙ nullo ſepti munimento in vicis habitarent, eoque faciliùs excurſionibus hoſtium paterent, mors in dies ſingulos impendens eos ad maius quotidie ſtudiū pietatis excitabat; vt frequentes conuentibus adeſſent, culpas diligentius vitarent, ſacramenta obirent, Chriſtiano denique homine dignam vitam agerent. Multa in tanta miſerorum calamitate contigêre, ſinceram illorum fidem, & ſpem in Deum proteſtantia; quorum vnum, aut alterum referre ad perſpicuum diuinæ gratiæ documentum non erit alienum.

Chriſtiani duo, pater, & filius ab hoſtibus vorati.

Captos abducebant miſerum hominem cum filio. Rogauit ille ne ſe comederent, neve interficerent, quòd eſſent ex diſciplina eorum Patrum, qui Deum, & res cœleſtes homines

doce-

docerent, ratus huic obteſtationi reuerentiam habitum iri; alioqui futurum, vt diuina ira abſumerentur omnes. Barbari vera monita riſum, iocumque fecêre, atque vtrũque ſuis genialibus ludis comederũt. Neq; ita diu diuina vltio dilata; oẽs initio à duce facto, lue gentẽ inuadente, ad vnum conſumpti, vaſtũ vicum illum reliquerũt. Mulier vidua die Dominico, pœnitentiæ, Euchariſtiæque Sacramento ſuſcepto, domũ rediit; &, cùm rumor increbuiſſet, periculum eſſe à Tamuyis, dixit in familiari ſermone, paſſurã ſe nunquã, vt viua à Tamuyis abduceretur, nec ſuæ vis inferretur caſtitati. Quod dixit, præſtitit: nã biduo, triduóve Tamuyæ ſuperueniẽtes domi deprehenſam, cùm captam in ſuas canóas (nauigiorum genus id eſt) viriliter reluctantem, nulla vi, nulloque conatu imponere potuiſſent, vulneribus confectam exanimem in littore reliquerunt.

Mulier vidua fortiter mortem fert pudicitiæ ſeruandæ cauſa

Eandem palmã tuendæ causã pudicitię & altera tulit adoleſcẽtula, matri-

Adoleſcentulæ

nupta eadem cauſa mortem fert.

matrimonio iuncta, quæ præter cæteras ſtudio dedita pietatis, frequẽtatione concionis, Sacramentorum, aliarumq; piarum exercitationum multùm profecerat ad ſtudium virtutum. Hæc item ipſo Dominico, quo Sacramenta perceperat die intercepta, abductaque cùm ab hoſte Barbaro, quà minis, quà blanditiis ſollicitata adduci non poſſet, vt neque flagitio, neque barbaro connubio aſſentiretur, multiſque diebus varias in partes verſata, in ſententia tuendæ caſtitatis perſiſteret, Barbarorum ventri eſcam eſſe pollutæ vitæ præoptauit.

Tamuyarũ apparatus ad bellum.

Tot malis affectis tum indigenis, tum colonis, de colonia deſerenda iam conſilia ferebantur; & erant in metu grauiora. Barbari enim ſucceſſibus elati, non iam ſolita inſcitia latrociniis, & infeſtationibus viſceratione ex hoſtiũ corporibus captare, ſed aduenarum inſtinctu, auxiliiſq; iuſtũ bellum cogitare, ſeque ad coloniã totã occupandam cõparare. In eam rem magnũ bellicarum

cano-

canoarum numerum inſtruere di-cebantur. Sunt canóæ actuarij lintres ex vna continenti trabe excauati: ſed quibus vtuntur ad bella; aluei magnitudine præſtant iis, quarum vſus ad quotidianas nauigationes adhibetur. Quæ eo faciliùs in hac ora parantur, quòd ob aquarũ copiam arborum immani trunco magno numero ſyluæ luxurient; neque vlla quantumuis vetuſtiſſima ætate excindantur. Earum latitudo non ita magna à quinque in ſeptem vlnas aperitur, prout maior, minorue trabis eſt latitudo. Lõgitudo quà minimùm in ſexaginta, quà plurimùm in vlnas octoginta extẽditur. Forma, alueique conformatione ad agendũ faciles, ac leues. Remis veliſq; aguntur, celeritate tanta, vt noſtratibus biremibus non cedant: quadragenos, quinquagenoſq; plus minúſve ſingulę vehũt remiges. Iidẽ remiges iidẽ bellatores, ſuo quiſq; arcu, & ſagittarũ faſce inſtructi, quib⁹ pręliãtur; & cũ opus ẽ, ſuo ſe quiſque remo (ſtantes .n. remigant) tan- Canoæ bellicæ.

quam clypeo tegunt: eiuſque rei causâ etiã circa manubrium habẽt palmulas. Alij præterea & à puppi, & à prora, ac non pauci ex ipſo medio alueo fiſtulis ferreis armati bellatores addũtur Videas interdũ duas aduerſus ipſarum acies, ad militarem artem oſtentandam, belli naturam imitantes tanto impetu inter ſe concurrere, tanto ardore, contentioneque militari admiſto clamore prælia ciere, vt horribiliorem pugnæ ſpeciem non deſideres. Atq; hoc prælij ſimulacro, feſtaque lætitia perſæpè virorum principũ, quos in honore habent, aduentus excipiunt. Id genus actuariis alto ſe committere non audent illi quidem: ſed circum litora cum quantalibet naui congredi non verentur. Erat eorum conſilium multis in locis eodẽ tempore coloniã adoriri, colonoſque diſtractis ipſorũ viribus, multiplici oppugnatione eò vſque fatigare, donec multis præliis acciſos, ac debilitatos delerent, totiuſque coloniæ tandem potirentur.

Ap-

Apparebat rem conſilio geri, non barbara ſtoliditate pro re nata raptìm ſuſcipi: eoq; magis formidini erat. Huic malo ſui periculo capitis ſubueniendũ cenſuit Nobrega; Barbarorumq; fidem eſſe pertẽtandam, & aut illorum animos ad pacẽ inflectendos, aut vitam in communi cauſa abiiciendam. Atq; hanc mẽtẽ inter preces ſenſit ſibi ſæpius dari diuinitus, in eaque confirmatus, cogitationes ſuas cum iis, qui ſummæ rerum præerant, communicat. Omnes conſilium diuinitùs iniectũ conſentiunt. Is igitur Ioſepho Anchieta, & Antonio Aloiſio, homine laico, cuius fideli opera vtebatur, cõmitibus aſſumptis in Tamuyarũ fines contendit. Eos ſua naui ſecum vexit vir magnarum opum, magnique per ea loca nominis, & multa beneuolentia cum Patribus coniunctus Ioſephus Adornus, ex illuſtri familia Ienuæ in Italia natus, Franciſci Adorni patruus, viri & doctrinæ, prudentiæque, & vitæ laudibus præſtantis: quem Luſitania (nam ibi a-

Emmanuel Nobrega cum Ioſepho Anchieta Legati de pace eunt ad Tamuyas.

Ioſephus Adornus.

bi adoleſcens litterarum ſtudia coluit) Societati Ieſu peperit; qui multis animi dotibus inſtructus, multiſque in ipſa Societate magna cum laude muneribus perfunctus, inter primos magni nominis viros in noſtra Societate cenſebatur. Tribus noſtræ Societatis generalibus congregationibus, ſecundę, tertię, quartæ, triumque Præpoſitorum generalium electioni, Borgiæ, Mercuriani, Aquauiuij, qui nunc regit, elector interfuit; Carolo Borromæo Cardinali, & Mediolanenſi Archiepiſcopo viro ſancto, & iam inter Cælites colendo ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ iudicio fidelibus propoſito in primis charus, atq; probatus; cuius opera conſilioque ſanctus Antiſtes multis, magniſq; in rebus multũ eſt vſus. Is haud ita multis annis antè, quã hæc ſcriberentur, diẽ ſuũ obierat. Eius patruus Ioſephus per hæc tẽpora in Braſilia negotiabatur. Barbari, horũ aduentu cognito, rati Luſitanos ad ſe bello laceſſẽdos accedere, ſubito furore, adeo; telis obruẽdos, cum multis, quas paratas

canóas inuenerunt, ſe obuiã effundunt. Sed naui, nauiſque Domino & veneranda Emmanuelis Nobregæ ſpecie conſpecta, irati hoſtium animi deſederunt; blanda quoque Anchiétæ oratione deliniti, in primis vero eorum mentes diuina regente prouidentia mutuò ſeſe reſpicere; illaq; inter ſe conferre; nempe honore digni hi viri ſunt: nullæ hic inſidiæ, nullæ ſuſpiciones; fidei plena omnia. Itaque eos, data fide, beneuolè excipiunt. Quare obuius ad pacem primus fuit acceſſus. Exſcendunt, hoſpitioque excipiuntur à ſene magnæ apud ſuam gẽtem auctoritatis. Cum de pace agi cœptũ eſt, vnus è principibus aſperior cæteris qui decem canois magnum bellatorũ numerum ductabat, arrogantia barbarica in cõditionibus pacis illud ante omnia poſtulabat; vt tres gentis ſuæ Principes, q auxilio antè fuerãt Luſitanis, ac Neophytis; cũ Piratiningã bello ipſi attẽtaſsẽt, ſeque eo tẽpore ad Luſitanos recepiſſent, ſibi dederentur. Huic iniquæ poſtu-

lationi cum magno animo abnuiſſet Nóbrega, ſapientíque oratione multa diſputaſſet, quare id nulla ratione æquum eſſet; Bàrbarus, qui nulla noſſet iura, niſi quæ præſens ſuggerit libido, graui exarſit iracũdia, ac tantum non obtrũcauit Legatos: ſed non permiſit illum Deus. Videbatur hic nodum inieciſſe ad diſſoluendum difficilem: nam ſi in ſua contentione perſtitiſſet, ingens ad conciliãdam pacem obex opponeretur. Eà de re Nóbrega ad Præfectum S. Vincentij Vincentianoſque graues literas dedit, ne vlla ratione conditioni tàm iniquæ aſſentirentur; ne ſi certò quidem ſcirent, ſe, ſuumque comitem Bàrbaris eſcæ futuros. Sed temperauit omnia diuina bonitas Bàrbarus ille iracũdus miſſus ſanctum Vincentium cũ mandatis, humaniter exceptus, honorificeque habitùs rediit placatus.

Hoſpitis humanitas in Legatos. Ita iniqua poſtulatio è conditionibus deiecta, & fidelium amicorum ſalus ſarta tecta cõſeruata. Sed hoſpitem hominem cõmodis moribus per-

perbenignum Patres nacti ſunt: videturque diuina prouidentia, vt olim Heliæ Sareptanam viduam, ſic in hoc tempore hunc ſenem tuendæ Patrum vitæ comparaſſe. Morum enim grauitate noſtrorum, humanitate, animi trãquillitate mirè tenebatur; quamuis enim caliganti mẽtis acie, virtutum tamen lucem tantam non deſpicere non poterat. In primis verò tum ipſi, tum aliis fuit admirationi continentia: nam cùm interim, dum de pace ageretur, gentis proceres, vt præ ſe ferrent ſibi Legatos de pace gratos eſſe, mulierum ſuarum propinquarum copiam illorum poteſtati, pro ſua conſuetudine gratioſè deferrent (nihil enim vitij in ea labe ineſſe arbitrantur), perindeque eſt iis ad eam hoſpitalitatem, atque ad compotationẽ amicos inuitare; mirati ſunt, eſſe in terris homines, qui integri ab ea contagione vitam agerent: cumque inter ſermones de pace multa de Chriſtiana Religione, multa de Patrum genere vitæ, conſuetudinibuſ-

Barbari Patrum admirãtur continentiã.

nibuſque interrogarent, cùm cætera probarent omnia; tum nihil æquè ſibi nouum atque ad probandum difficile videri afferebant, quã vitam eius expertem conſuetudinis traducere. Et, cùm quibus artib⁹ (flagellis præſertim oſtentatis, aliiſque vitę aſperitatibus à Nóbrega cõmemoratis) aduersùs prauas cogitationes, obſcœnaſq; ſpecies ſenſus commouentes arx illa custodita teneretur, cognoſcerent; vt qui diuinę gratię vim nunquam ſenſiſſent, ſtupore defixi, quid reſponderent, non habebant.

HOSPES certè, in cuius pectus diuina gratia ſenſim influebat, minùs quàm cæteri hebes, aliquid ſuprà quã humanum de admiranda hoſpitum virtute animo concipiebat. Nàm, cùm multi eiuſdem gentis è remotioribus finibus eò conuenientes de occidendis Patribus conſilia inirent (perinde eſt enim iis hoſpites, atque altilia ad gulæ ſacrificiũ addicere) eos ſenex graui oratione, ſeueraque intermina-

tione à facinore deterrebat; homines eſſe Deo charos, in illius tutelà conſtitutos; ſiquis eos violet, iniuriam ſuaipſius nece luiturum. His monitis Barbari permoti ab iniuria ſe continebant. A Patribus quoque identidem hoſpes ipſe contendebat, vt quando illorum patrocinium ſuſcepiſſet; ſe quoque Deo ſuis precibus commendarent: neque inania, neque ſua mercede caſſa illius officia preceſque Deo oblatæ fuêre; ſiquidem haud ita multò pòſt ad Chriſtianos ſe recepit, baptizatuſque in Chriſtiana Religione vitàm finiit.

INTERIM negotium de pace vrgebatur, à qua cùm Barbarorum animi non abhorrerent, querebantur tamen per hoſpitem præteritorum temporum iniurias, omnem rupti fœderis, & malorum, quæ poſtea euenerunt, culpam in noſtros conferentes: ſe enim initio pacis amatores, & imperio fideles fuiſſe, & commercium cum Luſitanis amicè, ſanctèq; ſeruaſ-

Barbarorum querela, & initia diſſidiorum.

ſeruaſſe: ſed belli, & iniuriarum ab ipſis initia profecta; ipſos quietis amicis bellum intuliſſe, homines innocentes in ſeruitutem abduxiſſe, vexaſſe, iumentorum loco habuiſſe: ſe tot malis preſſos, ab eorum, quos antea dilexiſſent, amicitia receſſiſſe; Deum cœli imbecilliorem partem, ac iuſtiorē reſpexiſſe. Hæc Nóbrega fateri vera eſſe; ſeque ſcire Deum ſuę iratum genti ob ea ſcelera tantam calamitatem immiſiſſe: ſed ſuos iam reſipuiſſe, longeque aliam mentem ſuſcepiſſe: propterea, vt iratum Deum ſuæ genti faceret propitium, ad iungendam cum ipſis pacem veniſſe, quam nullo vnquam tempore violaturi ſint; & dignam etiam pro damnis ſatisfactionē reddituri. Quòd ſi ipſi communia fœdera fregeritis ſcite vos ob perfidiā à Deo peſſundatum iri. Quæ poſtrema verba tanta animi pręſentia, tātoq; ſpiritu pronūciauit, vt appareret id illi diuinitùs iniectū. Barbari certe id & in pſens ita acceperūt, & cōfirmauit poſtea euētus: ſiquidem ij, qui

ij, qui vicum illum incolebant. & alij cum iis coniuncti, ſancita pace ſemper manſerunt in fide, & bono pacis adhuc perfruuntur: alij poſtmodum, qui à fide receſſerunt, multis poſtea attriti bellis, ad internecionem deleti ſunt, paucis exceptis, qui Chriſtianam fidem ſuſceperunt.

Nobrega S. Vincentium redit.

Res interim nihilo minùs trahebatur; hęſerantque Patres inter hoſtes in duos menſes, cùm quotidie Nóbrega Miſſæ offerret ſacrificiū. Sed cum ad rem conficiendam, & ad priuatas Societatis rationes Nóbregæ præſentia in oppido deſideraretur; neque rę infecta Bàrbari eos abire permiſſuri viderētur, & negotium de pace deſerere non oporteret, perſuaſit Nobregæ Ioſephus, vt tota res diuideretur, ſeque ibi obſide relicto, ipſe S. Vincentium rediret. Quo tempore tria ſibi nocte vna diuinitùs indicata expoſuit; turrem Biritiocam, quæ faucibus euripi impoſita aditum claudit ad S. Vincentium, ea ipſa nocte à paucis Barba-

ris, porta incenſa expugnatam eſſe, cuſtodemque turris cum vxore interfectum, familiamque omnem in ſeruitutẽ abductam. Præterea certum hominem ad S. Vincẽtium Patri benè notum, aduerſo caſu, plauſtro ſupergredientẽ obtritum interiiſſe. Tertio loco, onerariam è Luſitania ad Sanctum Vincentium breui appulſuram. Rediit Tamuyarum voluntate, Ioſepho retento, Nobrega: nauis quinto ab eo ſermone die ſuperuenit, & de Biritioca, & miſero homine à plauſtro oppreſſo rem ita ſe habere Nobrega comperit; cum leucis ſeptem & viginti locus à ſancto Vincentio diſtaret. Quid ad ipſos hæ prænunciationes pertinerent, non ſatis apparet; niſi Biritiocæ expugnatio, obex ad impediendam pacem obiectus Emmanuelis prudentia fuit amouendus; eiuſdemque prudenti charitate, opportuniſque conſiliis oppreſſi hominis fortaſſe de iis, qui familiæ miniſtrabant, calamitas alleuanda: nam quid opus eſſet ad nauis aduentum

præſentia eius, qui toti domui præeſſet, coniicere difficile non eſt. Siue enim Socij, aliæve merces ea naui vehebantur, ſiue à prouinciæ Prætore literæ, quæ ad pacem prodeſſent, ſiue à Societatis Prouinciali præſide literæ; mandataque perferebantur; permagni intererat ipſum, & publicè totius pacis ſequeſtrem, & priuatim ſuæ familiæ præſidem, in tempore adeſſe: Neque aberat periculum, ne præfecti aliqui militum turbulento homines ingenio, ac præferoci, cum ſupplementis ea naui venirent, qui quidquid de pace ſancitum eſſet, reſcindendum contenderent. Ad omnia hæc amolienda incommoda Nobregæ præſentia momenti erat permagni.

PROFECTO Nobrega, ſolus in tanta barbarie Ioſephus relinquitur; & annũ agebat ætatis ſuæ triceſimũ, cùm hinc vitæ periculũ hoſtiũ feritas, illinc animi integritati labem fœdi incolarũ mores intentarent; nudis enim tum virorum,

Ioſephus ſolus inter hoſtes pacis obſes relinquitur.

tum

tium fœminarũ corporibus, & obuia ad prauitatem illecebra, cuius continentiæ fuit, nullo comite, nullo cuſtode, nullo ſuarum actionũ teſte, in tanta rerũ abſurditate ſaltem non pertentari? neque tamen Nobrega reprehendendus, qui quãtam virtutem quantis periculis crederet, optimè noſſet. Sed, vita neglecta, eaque penitùs diuinę prouidentię commiſſa, totum ſe Ioſephus ad animi tuendam arcem contulit. Erant ſenſus ab adſpectu auertendi, erat mens, cogitatioque in Deum defigenda, ne qua turpi earum rerũ ſpecie, inter quas aſſiduè verſandum eſſet, commoueretur. Quãobrem ad nota ſibi, vſitataque præſidia confugit: erat ei ſolemne, noctium parte modica ſomno conceſſa, reliquam diuinis precibus, diuiniſque commentationibus tranſigere, reliquo toto tempore nunquam à diuina cogitanda præſentia animum abducere. Id multò intentiùs ſibi faciendum indixit in medio periculorum turbine. Ad hæc ieiu-

nia,

niâ, aliaſque vitæ aſperitates, quibus rebellantes animi motus cohibentur,& ſe liberiùs mens in Deum erigit, adhibenda eſſe cenſuit; in primis verò diuinam Matrem aduocandam; cuius tutelæ iampridē ſe commiſerat; cuiuſque patrocinio ſe fore tutum, nequis è camino Babylonis ad animum vapor afflaret, cōfidebat. His ſeptus munimētis & ipſe aduersùs ea, quæ circumſtabant, tentamenta reddebatur firmior, & inſidiatoris hoſtis artes eludebantur, tela è manibus extorquebantur. Quare, præter negotiū de pace, quidquid à precatione, piaque commentatione ei ſupereſſet temporis, id totum ad barbarorum vtilitatem conferebat; cum iis de diuinis rebus, deque animi ſalute ſedulò agebat, ſtatos, quotidianoſque conuentus Catechiſmi causâ agebat, audiebantque eum Barbari libenter, quæ diceret, ad animum mittebant, præceptiſque illius ex animo obtemperabant; multique idonei eſſent ad Baptiſmum, niſi
pro-

[illegible] [illegible] natura timendæ
[illegible] Infantem tantùm
[illegible] baptizauit,
[illegible] paucis tamẽ
[illegible] cœlum euolauit; &
[illegible] quem quod ad-
[illegible] viuentem
[illegible] infoderat (nam
[illegible] concubitus apud e-
[illegible] mutuò ſibi culpã
[illegible] tamen prolẽ
[illegible] ergo culpæ ſę-
[illegible] qui culpa ca-
[illegible] Anchieta, lo-
[illegible] humũ
[illegible] viuentem adhuc
[illegible] ipſam terra
[illegible] baptizat, adhibi-
[illegible] lac præberẽt:
[illegible] ipſe hebdomatis ad
[illegible] breuium hinc
[illegible] antea S. Vincẽ-
[illegible] ibi inſtrue-
[illegible] ab oppido
[illegible] infantem pe-
[illegible] quòd mancus eſſet,
[illegible] illo offenſæ
vitio,

vitio, humano ſenſu amiſſo, vteri ſui fructum viuentem ſepelierat. Accurrit cōfeſtim Ioſephus, infantem extrahit: &, cum vitæ in eo adhuc reliquias ſupereſſe ſenſiſſet, baptizauit; baptizatus paulo poſt inter eius manus expirauit. Sed noti erant quotidiani hominis labores, nota vitæ conſuetudo, quæ quanto erat ab illorum conſuetudine remotior, tanto maiorem Barbaris admirationem commouebat. Ergo illum tanquā aliquid humano modo maius ſuſpiciebant, amicum Dei nominabant: ſecretos cum Deo ſermones habere dictitabant, &, quòd in corporis doloribus, morbiſque remedia illis indicabat, amabant vehementer.

Ioſephum Barbari tanquam virum ſanctum ſuſpiciunt.

ACCEDEBANT & alia, quæ Barbaros maiorem in admirationem adducebant. Erat illi vſitatum quotidie, dimiſſo Catechiſmo, ad vires animi recreādas in agro aliquantiſper ambulare; atq; è codice horario, etſi nondum ſacris ordini-

bus

bus initiato ſolemnem diei pſalmodiam percurrere. Obſeruatum eſt perſæpè admirandæ ſpeciei auiculam, multis, pulcherrimiſque coloribus deſtinctam, ad ipſius ſolitam eò tempore aduolare, hilariique tripudio modò illius humeros, modò brachia, modò etiam ipſum librum inſilire. Ea ſiue naturalis auis ad hominem in priſtinæ ſtatum innocentiæ reſtitutum adcurrebat, ſiue diuina ſpecies, ad vitæ declarãdam innocentiam, à Deo immiſſa, ſe obiiceret, non diiudico: colonus certè Piratininganus, qui fortaſsè vltrò, citroque de pace mandata ferens, commeabat, iuratus teſtis id ſe vidiſſe aſſeuerauit. Sed id genus alia ſæpiùs eidem contigiſſe cognoſcemus. Verùm, quã erat in ſanctam Dei Matrem pietate, adiecit animũ ad eius laudes Latino verſu celebrandas. Sed quæ pãgendi copia in tantâ barbariæ vaſtitate? non libri, non charta, ne ſtylus quidem, aut res alia ad exarãdã grãmata ſuppetebat: quoniam tamen ſanctæ Ma-

B. Virginis vitã Latino carmine pangit.

tri

tri id promiſerat, bono memoriæ, quo excellebat, ſibi vtendum cenſuit, quod in magnis ingeniis, & ad ſcribendum accuratè exercitatis inſolens non eſt. Exorſus igitur à puriſſimo eius conceptu, omnem illius vitæ ſeriem, ad eius in cœlum vſque aſcenſum, ad vſque diuinitatis conceſſum, diademaque ei cœleſtis regni impoſitum, Elegiaco carmine pertexuit, omnibus vitæ partibus, myſteriiſque diſertè explicatis; figuriſque & oraculis, quæ de ſacris literis, ſanctorumque Patrũ teſtimonio ei tribuuntur, illuſtratis. Profuit id illi non modò ad ſuæ fructum pietatis, verùm etiam, vt ipſe indicat, ad vitam, & libertatẽ: &, quod ille in primis optabat, tractatione ſacrarum ipſius laudum puriſſima Virgo eius mentẽ ab omni, quæ immineret labe, puram, intentatamque ſeruauit; quod ipſe in carmine, quod mox ſubiiciemus, diſertè teſtatur. Et multis annis poſtea, cum iam & Sacerdos, & multa eſſet apud omnes auctoritate, Sacerdo-

Sacerdotem fœdis tentationibus liberat ſuis precibus.

cerdoti alteri non obſcurè declarauit. Querebatur is cum Ioſepho, multas, fœdaſque cogitationes ſibi moleſtas eſſe, nec poſſe illas, omni adhibita contentione, ex animo eiicere, quin vltrò ſibi, & inuito, & omni conatu reluctanti obuerſarentur: proinde ab ipſo petere, Deum rogaret illam ab ſe vt moleſtiã abigeret. Non eſt laudanda, inquit, poſtulatio hæc, quaſi in periculis Deo præſcribamus, quid ab ipſo velimus, & infinitam illius prouidentiã præuertamus; non æquum eſt à Deo petere, à nobis vt certamina remoueat; eſt enim id totũ ipſius prouidentiæ relinquendum, & quantum cuiq; committendum, ac quæ in diſcrimina quiſq; ſit conijciendus, ipſe ſolus nouit, qui quãtùm in quoq; ſit viriũ iuſtiſsima trutina expendit: quin tu potiùs ab illo petas, vt tibi in periculis præſtò ſit, opemque ferat, ac faciat cũ tẽtatione prouentũ; & cũ Auguſtino dicas; *Da quod iubes, & iube quod vis.* Hac ille plurimum petitione delectatur, quæ præter id, quod

quod optat, nouo etiam in hanc vitã meriti præmio cumulatur. Quod ſcio, ſubiunxit, alteri contigiſſe, qui longo tempore inter vehementes, ac perpetuas occaſiones cõflictatus, Filij, Matriſque diuinæ auxilio non modo lapſus non eſt, ſed præterea etiam certum ab vtroque teſtimonium accepit fore vt nunquam in eiuſmodi periculis laberetur. Non dubium, quin & de ſe, & de hoc ipſo ſuę quaſi relegationis tempore loqueretur. Accepit conſilium Sacerdos, & cum æqua ipſius animi cum Deo cõiunctione, tum Ioſephi precibus factus eſt voti compos: triduo enim ab eo ſermone Ioſephus Sacerdotẽ eundẽ ad ſe accitũ, certo ꝓmiſſo cõfirmauit, nullas & in poſterũ eiuſmodi moleſtias obuerſaturas; modo ipsũ non pigeat omni cautela ſuæ ipſius curæ inuigilare. Idq́; Sacerdos ipſe omnino ſibi cõtigiſſe, vt Ioſephus prædixerat, teſtatus eſt.

Et quãuis tãtæ eſſet per hæc tempora Barbaris admirationi, vt diuinum aliquid in eo venerarentur, ab *Barbari Ioſephũ ſe vora-* inſita

turos mirantur. inſita tamen feritate; cùm viderent negotiũ de pace duci longiùs, quaſi moræ impatientes, metu, ne altile illis è cauea euolaret, mortem illi minabantur, diemq́; certam denuntiabant; qua die more ſuo eſſent eũ feſtis epulis voraturi. Para te, inquiebant, Ioſephe (vtar illorum modo loquendi) & ſatia te luce Solis: nam te in certam diem ad feſtum conuiuium deſtinauimus. Quibus ille placidè reſpondebat: Non me interficietis; nondum enim venit hora mea. Cumq́; ex eo poſtea quęſitum eſſet; qua id fiducia tam conſtanter ſibi polliceretur: Matris, reſpondit, Dei promiſſo, non permiſſuram ſe mihi vitam eripi antè, quã ea, quæ de illius vita, & laudibus meditarer, perfeciſſem.

Captiuos alios Luſitanos periculo liberat. NEQVE ſibi tantùm, ſed & aliis etiam liberationem, & incolumitatem prædixit: nam dum inter Barbaros pacis ſequeſter moraretur, pendente adhuc negotio de pace, Tamuye, neglecta fide, perſeuerantes adhuc in iniuria è Vincentianis

finibus

finibus Luſitanos aliquot captiuos aſportârant. Accedit ad agendum de illis redimendis Ioſephus, cùm iam tranſacta eſſent omnia, pretiũ expectabatur. Et quoniam in rebus tranſigendis nihil eſt minùs expeditum, quàm aut pecuniæ, aut pacti pretij repræſentatio, angebantur animo tum captiui, tũ Barbari, quod res duceretur longius. Itaq; eò venerant, vt captiuos iam ventri, & gulæ deſtinatos occidere pararent. Accurrit, re cognita, Ioſephus, breuem vnius diecu!ę moram interponi poſtulat. Poſtero die manè, cum Sol ad eum locum venerit (& locũ manu indicabat) omnino præſtò futuros, qui illis ſatisfaciant. Homines ipſis notos nominabat; numerũ, genùſq́; veſtium, aliarumq́; merciũ, quas pro captiuis cõmutarẽt, cõmemorabat (nam pecuniæ apud eos nullus eſt vſus) id ni fiat, ſuam ſe quoque vitam ipſorum lanienæ obiecturum. Ea obteſtatione Barbari ſpem promiſſi experiri ſtatuerunt: nec ſpes eos fefellit. Vt Ioſephus

tium fœminarũ corporibus, & obuia ad prauitatem illecebra, cuius continentiæ fuit, nullo comite, nullo cuſtode, nullo ſuarum actionũ teſte, in tanta rerũ abſurditate ſaltem non pertentari? neque tamen Nobrega reprehendendus, qui quã tam virtutem quantis periculis crederet, optimè noſſet. Sed, vita neglecta, eaque penitùs diuinę prouidentię commiſſa, totum ſe Ioſephus ad animi tuendam arcem contulit. Erant ſenſus ab adſpectu auertendi, erat mens, cogitatioque in Deum defigenda, ne qua turpi earum rerum ſpecie, inter quas aſſiduè verſandum eſſet, commoueretur. Quãobrem ad nota ſibi, vſitataque præſidia confugit: erat ei ſolemne, noctium parte modica ſomno conceſſa, reliquam diuinis precibus, diuiniſque commentationibus tranſigere, reliquo toto tempore nunquam à diuina cogitanda præſentia animum abducere. Id multò intentiùs ſibi faciendum indixit in medio periculorum turbine. Ad hæc ieiu-

nia,

nia, aliaſque vitæ aſperitates, quibus rebellantes animi motus cohibentur, & ſe liberiùs mens in Deum erigit, adhibenda eſſe cenſuit; inprimis verò diuinam Matrem aduocandam; cuius tutelæ iampridẽ ſe commiſerat; cuiuſque patrocinio ſe fore tutum, nequis è camino Babylonis ad animum vapor afflaret, cõfidebat. His ſeptus munimẽtis & ipſe aduersùs ea, quæ circumſtabant, tentamenta reddebatur firmior, & inſidiatoris hoſtis artes eludebantur, tela è manibus extorquebantur. Quare, præter negotiũ de pace, quidquid à precatione, piaque commentatione ei ſupereſſet temporis, id totum ad barbarorum vtilitatem conferebat; cum iis de diuinis rebus, deque animi ſalute ſedulò agebat; ſtatos, quotidianoſque conuentus Catechiſmi causâ agebat, audiebantque eum Barbari libenter, quæ diceret, ad animum mittebant, præceptiſque illius ex animo obtemperabant; multique idonei eſſent ad Baptiſmum, niſi

pro-

Infantes duos baptizat, qui paulo poſt moriuntur.

pro loci, gentiſque natura timenda eſſet inconſtantia. Infantem tantùm à partu ſemimortuam baptizauit, quæ repentè conualuit, paucis tamē poſt diebus in cœlum euolauit; & infantem alterum, quem quod adulterino patre natus eſſet, viuentem crudelis auia terræ infoderat (nam licèt illegitimi concubitus apud eos odioſi non ſint, mutuò ſibi culpā indulgentes, alienam tamen prolē alere illis graue eſt: ergo culpæ fœditatem in iis puniunt, qui culpa carent) id cùm reſciſſet Anchieta, locum ſibi curauit indicandum, humū tollit, & puerum viuentem adhuc extrahit, cùm ſemihorā ipſam terra opertus iacuiſſet; baptizat, adhibitis mulieribus, quæ ei lac præberēt: paucis tamen & ipſe hebdomatis ad ſuæ prædeſtinationis brauium hinc abiit. Et quidem iam antea S. Vincētij cùm Catechumenos ibi inſtrueret, cognouit ſemileuca ab oppido mulierem Ethnicam infantem peperiſſe; quem, quòd mancus eſſet, & membris deprauatis, illo offenſæ

vitio,

vitio, humano ſenſu amiſſo, vteri ſui fructum viuentem ſepelierat. Accurrit cõfeſtim Ioſephus, infantem extrahit: &, cum vitæ in eo adhuc reliquias ſupereſſe ſenſiſſet, baptizauit; baptizatus paulo poſt inter eius manus expirauit. Sed noti erant quotidiani hominis labores, nota vitæ conſuetudo, quæ quanto erat ab illorum conſuetudine remotior, tanto maiorem Barbaris admirationem commouebat. Ergo illum tanquã aliquid humano modo maius ſuſpiciebant, amicum Dei nominabant: ſecretos cum Deo ſermones habere dictitabant, &, quòd in corporis doloribus, morbiſque remedia illis indicabat, amabant vehementer.

Ioſephum Barbari tanquam virum ſanctum ſuſpiciunt.

ACCEDEBANT & alia, quæ Barbaros maiorem in admirationem adducebant. Erat illi vſitatum quotidie, dimiſſo Catechiſmo, ad vires animi recreãdas in agro aliquantiſper ambulare; atq; è codice horario, etſi nondum ſacris ordini-

bus

bus initiato ſolemnem diei pſalmodiam percurrere. Obſeruatum eſt perſæpè admirandæ ſpeciei auiculam, multis, pulcherrimiſque coloribus deſtinctam, ad ipſius ſolitàm eò tempore aduolare, hilarique tripudio modò illius humeros, modò brachia, modò etiam ipſum librum inſilire. Ea ſiue naturalis auis ad hominem in priſtinæ ſtatum innocentiæ reſtitutum adcurrebat, ſiue diuina ſpecies, ad vitæ declarãdam innocentiam, à Deo immiſſa, ſe obiiceret, non diiudico: colonus certè Piratiningànus, qui fortaſsè vltrò, citroque de pace mandata ferens, commeabat, iuratus teſtis id ſe vidiſſe aſſeuerauit. Sed id genus alia ſæpiùs eidem contigiſſe cognoſcemus. Verùm, quà erat in ſanctam Dei Matrem pietate, adiecit animũ ad eius laudes Latino verſu celebrandas. Sed quæ pãgendi copia in tantà barbariæ vaſtitate? non libri, non charta, ne ſtylus quidem, aut res alia ad exarãda grãmata ſuppetebat: quoniam tamen ſanctæ Ma-

B. Virginis vitã Latino carmine pangit.

tri id promiſerat, bono memoriæ, quo excellebat, ſibi vtendum cenſuit, quod in magnis ingeniis, & ad ſcribendum accuratè exercitatis inſolens non eſt. Exorſus igitur à puriſſimo eius conceptu, omnem illius vitæ ſeriem, ad eius in cœlum vſque aſcenſum, ad vſque diuinitatis conceſſum, diademaque ei cœleſtis regni impoſitum, Elegiaco carmine pertexuit, omnibus vitæ partibus, myſteriiſque diſertè explicatis; figuriſque & oraculis, quæ de ſacris literis, ſanctorumque Patrũ teſtimonio ei tribuuntur, illuſtratis. Profuit id illi non modò ad ſuæ fructum pietatis, verùm etiam, vt ipſe indicat, ad vitam, & libertatẽ: &, quod ille in primis optabat, tractatione ſacrarum ipſius laudum puriſſima Virgo eius mentẽ ab omni, quæ immineret labe, puram, intentatamque ſeruauit; quod ipſe in carmine, quod mox ſubiiciemus, diſertè teſtatur. Et multis annis poſtea, cum iam & Sacerdos, & multa eſſet apud omnes auctoritate, Sacerdo-

Sacerdotem fœdis tentationibus liberat ſuis precibus.

cerdoti alteri non obſcurè declarauit. Querebatur is cum Ioſepho, multas, fœdaſque cogitationes ſibi moleſtas eſſe, nec poſſe illas, omni adhibita contentione, ex animo eiicere, quin vltrò ſibi, & inuito, & omni conatu reluctanti obuerſarentur: proinde ab ipſo petere, Deum rogaret illam ab ſe vt moleſtiã abigeret. Non eſt laudanda, inquit, poſtulatio hæc, quaſi in periculis Deo præſcribamus, quid ab ipſo velimus, & infinitam illius prouidentiã præuertamus; non æquum eſt à Deo petere, à nobis vt certamina remoueat; eſt enim id totũ ipſius prouidentiæ relinquendum, & quantum cuiq; committendum, ac quæ in diſcrimina quiſq; ſit conijciendus, ipſe ſolus nouit, qui quãtùm in quoq; ſit viriũ iuſtiſsima trutina expendit: quin tu potiùs ab illo petas, vt tibi in periculis præſtò ſit, opemque ferat, ac faciat cũ tẽtatione prouentũ; & cũ Auguſtino dicas; *Da quod iubes, & iube quod vis.* Hac ille plurimum petitione delectatur, quæ præter id,

quod

quod optat, nouo etiam in hanc vitã meriti præmio cumulatur. Quod ſcio, ſubiunxit, alteri contigiſſe, qui longo tempore inter vehementes, ac perpetuas occaſiones cõflictatus, Filij, Matriſque diuinæ auxilio non modo lapſus non eſt, ſed præterea etiam certum ab vtroque teſtimonium accepit fore vt nunquam in eiuſmodi periculis laberetur. Non dubium, quin & de ſe, & de hoc ipſo ſuę quaſi relegationis tempore loqueretur. Accepit conſilium Sacerdos, & cum æqua ipſius animi cum Deo cõiunctione, tum Ioſephi precibus factus eſt voti compos: triduo enim ab eo ſermone Ioſephus Sacerdoté eundẽ ad ſe accitũ, certo ꝓmiſſo cõfirmauit, nullas & in poſterũ eiuſmodi moleſtias obuerſaturas; modo ipsũ non pigeat omni cautela ſuæ ipſius curæ inuigilare. Idq; Sacerdos ipſe omnino ſibi cõtigiſſe, vt Ioſephus prædixerat, teſtatus eſt.

Et quãuis tãtæ eſſet per hæc tempora Barbaris admirationi, vt diuinum aliquid in eo venerarentur, ab *Barbari Ioſephũ ſe vora-*
inſita

turos mirantur. inſita tamen feritate; cùm viderent negotiũ de pace duci longiùs, quaſi moræ impatientes, metu, ne altile illis è cauea euolaret, mortem illi minabantur, diemq́; certam denuntiabant; qua die more ſuo eſſent eũ feſtis epulis voraturi. Para te, inquiebant, Ioſephe (vtar illorum modo loquendi) & ſatia te luce Solis: nam te in certam diem ad feſtum conuiuium deſtinauimus. Quibus ille placidè reſpondebat: Non me interficietis; nondum enim venit hora mea. Cumq́; ex eo poſtea quęſitum eſſet; qua id fiducia tam conſtanter ſibi polliceretur: Matris, reſpondit, Dei promiſſo, non permiſſuram ſe mihi vitam eripi antè, quã ea, quæ de illius vita, & laudibus meditarer, perfeciſſem.

Captiuos alios Luſitanos periculo liberat. NEQVE ſibi tantùm, ſed & aliis etiam liberationem, & incolumitatem prædixit: nam dum inter Barbaros pacis ſequeſter moraretur, pendente adhuc negotio de pace, Tamuye, neglecta fide, perſeuerantes adhuc in iniuria è Vincentianis

finibus

finibus Luſitanos aliquot captiuos aſportârant. Accedit ad agendum de illis redimendis Ioſephus, cùm iam tranſacta eſſent omnia, pretiũ expectabatur. Et quoniam in rebus tranſigendis nihil eſt minùs expeditum, quàm aut pecuniæ, aut pacti pretij repræſentatio, angebantur animo tum captiui, tũ Barbari, quod res duceretur longius. Itaq; eò venerant, vt captiuos iam ventri, & gulæ deſtinatos occidere pararent. Accurrit, re cognita, Ioſephus, breuem vnius diecule moram interponi poſtulat. Poſtero die manè, cum Sol ad eum locum venerit (& locũ manu indicabat) omnino præſtò futuros, qui illis ſatisfaciant. Homines ipſis notos nominabat; numerũ, genùſq; veſtium, aliarumq; merciũ, quas pro captiuis cõmutarẽt, cõmemorabat (nam pecuniæ apud eos nullus eſt vſus) id ni fiat, ſuam ſe quoque vitam ipſorum lanienæ obiecturum. Ea obteſtatione Barbari ſpem promiſſi experiri ſtatuerunt: nec ſpes eos fefellit. Vt Ioſephus

F promi-

promiſerat, ſigillatim cuncta eue-
nerunt, & cõmutatione facta, ca-
ptiui liberati. Verum hos præter
prædictionem, opera etiam adiuuit:
alterum ſola prædictione periculo
liberauit. Erat hic Arias Fernandus
poſtea colonus Ianuariẽſis, Ioſe-
pho admodũ familiaris. Is ad Ioſe-
phũ venerat, ſeu cum mandatis, ſeu
quauis alia de causâ. Eũ Barbari re-
tinere in eſcam cogitabãt: quod cũ
ille ſenſiſſet, Ioſephũ de ſuo peri-
culo admonuit. Vetuit eſſe ſollicitũ
Ioſephus, certũq; in litore locũ in-
dicauit: poſtero die eò nauigiũ ap-
pulſurũ; quo cõſcenſo, in tutũ ſe re-
ciperet, & ita prorſus euenit.

Arias Fernandus.

Qui nodi ad expediendam pacem
obiicerentur, non inuenio: ſed pro-
babile eſt, Gallis præſertim inter
hoſtes cõmmorantibus, multa cum
Luſitanis de Tamuyarum ſecuritate,
multa cũ Tamuyis de Luſitanorum
cõmodis, quę hic Ioſephus, illic No-
brega cõciliaret, fuiſſe tranſigẽda, i-
ta nũcijs vltrò, citroq; mittẽdis, rem
in longiorẽ quã putabatur diem ex-
tractam

tractam eſſe. Vltra tertium menſem à Nobregæ diſceſſu inter ſua pia ſtudia, interq; minas Barbarorum, tanquam inter ſacrum, & ſaxũ ſummæ vir innocentiæ verſatus, feliciter tandem, Dei ope confecta pace, ſumma cum omniũ lętitia, deducẽtibus eum Barbaris, S. Vincentium rediit incolumis. Ibi ex longo exilio, ærũniſq; recreatus contulit ſe ad ea perficienda, poliendaq́; quæ in hoſtium poteſtate conſtitutus de B. Virgine commentus erat. Carmẽ totum in bis mille octoginta ſex diſticha extenditur quod eidem Virgini matri, adiecta ad calcem eiuſdem metri apoſtrophe, dedicauit: cuius cum fragmentum allatum ſit, expedire viſũ eſt ad ingeniũ duntaxat deguſtãdũ hoc loco adſcribere.

Confecta pace Ioſephus S. Vincentium redit.

En tibi quæ voui Mater ſanctiſſima quondam
Carmina cùm ſæuo cingerer hoſte latus
Dum mea Tamuyas præſentia mitigat hoſtes,
Tractoque tranquillum pacis inermis opus.

Hic tua materno me gratia fouit amore;
Te corpus tutum menſq; tegente fuit.
Sæpius optaui, Domino inſpirante, dolores,
Duraq; cum ſæuo funere vincla pati.
At ſunt paſſa tamen meritam mea vota repulſam,
Scilicet heroas gloria tanta decet.

Conciliata pace cum Tamuyis, duo eorum pagi, ſeu terrarum tractus, vti paulo antè meminimus, qui Ianuarienſis oræ partem, & qui Caput frigidum tenebant, freti Gallorum armis, à cõmuni totius gentis conſilio ſeiuncti, bellum continuârunt. A Regina interim ſupplementá ex Luſitania mittebantur.

Supplementa ex Luſitania mittuntur.

ANNO inde 1564. Prætor Euſtachium Salam, fratris filium, ac ſummum rei bellicæ Præfectum cum claſſe ex Luſitania aduecta, & nauibus ex ora Braſiliæ contractis ad res Ianuarienſes cognoſcẽdas, bellumque oſtentandum mittit, eique mandat, vt hoſtium conſilia, & apparatus, & quæ belli natura futura videatur, exploret: ac, ſi ſe fortuna præbeat, hoſtem, ſi poſſit, in altũ ad præ-

prælium eliciat. Erat formidoloſa rerum facies, nil niſi hoſtile cernebatur, ſinus canóis bellicis refertus: litora circumquaq; Tamuyarũ manipulis ad bellum paratis frequentia; apparebatque Gallorum conſilio adminiſtrari omnia. Luſitanus, cognito hoſtium apparatu, & conſilio, & arte geri omnia; cùm ſui poteſtatem hoſtis non faceret, nec ſe ſatis inſtructum ad eos intra ſinum laceſſendos ſentiret, contentus illa oſtentatione, cùm aduerſus prodiret nemo, ad ſupplendã claſſem, canoarumque auxilia accerſenda S. Vincentium rediit.

ANNO demum 1565. 13. Kalend. Februarias, qui dies S. Sebaſtiano Martyri ſacer eſt, quẽ Regi cognominem totius belli præſidem inuocârunt, bene inſtructa claſſis è Biritiocæ portu ſoluit. Erant maioris aluei onerariæ ſex, minoris magnitudinis, ad explorandum, aliaſque opportunitates ſpeculatoria nauigia, lembique ad varias expeditiones nonnulli, canóæ non plus nouem *Anno Domini 1565. Luſitanorum claſſis aduerſus Ianuarienſes ſoluit.*

uem. Hac claſſe Luſitanus menſe Martio ineunte inſulas oſtio ſinus appoſitas occupat: Ibi dum in ancoris Prætoriam nauem præſtolantur, deficiente commeatu, auxilia indigenarum, quę canóis vehebantur, vt ſunt Barbarorum ingenia, minima quaque oblata offenſione, mobilia, conſtituerant ſe clàm ſubducere, atque in ſuos fines remeare. Venerãt cum claſſe â ſede S. Vincentij Sacerdos è Societate Ieſu Gũdiſaluus Oliueria, & Ioſephus Anchiéta nondũ ad ſacros ordines admotus. Fortè inuiſunt officij cauſâ, vt fit, auxiliares: ab ipſis certiores fiunt de nuper inito conſilio; fruſtra tẽpus teri, Prætoria naui expectanda, quæ nulla venit; lembos tres, qui ad petendum commeatum, miſſi eſſent, non apparere: diaria malignè ſuppeditari; nolle ſe extremam famem opperiri. Hic Ioſephus eos bono iubet eſſe animo, ſpem in Deũ coniiciant, fidem datam ſeruent; nõ præteriturum diem poſterum, quin largã Dei benignitatem experiãtur.

Ioſephus retinet auxilia ſociorum ne ſecedant.

Haud

Haud multum temporis ab eo ſermone præterierat, cùm eodē die Iēbi tres, qui erant in expectatione, è S. Spiritus Præfectura alimentis onuſti comparent, & poſtero die bene manè Prætoria ſuperuenit. Ita Ioſephi opera auxilia retenta, & fides illius prædictionum conſtituta. Aduentu Prætoriæ claſſis vniuerſa ſinum intrat, nauibuſq; commoda in ſtatione collocatis, captoque loco opportuno, munitiones vrbis inſtar, aggeribus, vallo, & foſſa cingunt. Ex hoc loco bellum in duos ipſos annos tractum eſt, Oliueria & Anchiéta, dū armis milites dimicāt, auxilia cœleſtia implorantibus. Et ſanè milites nullo loco ſuam deſiderari pietatem paſſi ſunt. Dixiſſes eos non magis ad præliandum, quā ad pietatem exercendam in armis eſſe. Inde factum, vt ex prælio proſpero fere euentu redirent. Et verò plus armis pietatis, quā ferro, & prę- liis ꝑfectū eſt: nam cū lōgè impares numero Luſitani hoſtiū eſsent multitudini, & admiſta eſsēt arma Gal-

Claſſis Luſitanorum ſinum intrat: ibi bellum geritur.

lorum,& militaris pro captu gentis diſciplina; cœleſte tamen auxilium ita luculenter apparuit, vt cõtra quã olim AEgyptij aduerſùs Iſraelem noſtri dicere poſſent; *Adoriamur hoſtes noſtros: Dominus enim pugnat pro nobis, contra illos.* Multi enim è noſtris lethaliter ſagittis vulnerati, leuiſſima curatione breui tempore conualuerunt. Et ſanè vehementes ſunt illorum arcuum emiſſiones, graueſque ſagittarum ictus; vt multi magis illos, quam ſcloporum noſtratium glandes reformident. Alij globis earundem fiſtularum integro adhuc impetu ex propinquo in pectore percuſſi, nõ ſecus ac ſi lorica periculo probata tecti eſſent, ictum illęſi euaſerũt, globo illis ante pedes delabẽte.

Petrus Leitanus primus Epiſcopus in Braſiliã venit. Ioſephus Bahyam nuncu-

Inter has turbas Societatis Patres Ioſephũ Anchiétam à Ianuariẽſi bello Bahyam reuocârunt, vt ſacris ordinibus initiatus Sacerdos fieret: tunc enim ad Braſilicam ordinandam, regendamque Eccleſiam Epiſcopi munere primus venerat

Petrus

Petrus Leitanus, vir in Luſitania & & genere & ſuis laudib⁹ clarus. Ergo ad rei diuinæ fructũ magni intereſſe omnibus viſũ eſt, Ioſephũ primo quoque tẽpore nulla interpoſita mora Sacerdotio ornari. Ex itinere eum Nóbrega, qui S. Vincentio, & reliquis circà ſedib. præerat, ſedẽ Spiritus ſancti cum vicis, aliiſque maiorib. Eccleſiis ei ſedi attributis inſpicere iuſſit; vt ſi quid opus eſſet, corrigeret, componeretq́; tanta in nõ grandi ętate indoles, & in homine nondũ Sacerdote perſpectæ virtutis, & prudẽtiæ inerat auctoritas. Quod munus multa cum omniũ pace, & probatione adminiſtrauit. Gundiſaluus Oliueria interim ſolus in Ianuarienſibus caſtris rem Chriſtianam Deo precibus cõmendabat. Hoſtes iam Gallorum diſciplina exercitati, freti multitudine, & aduenarum ſclopis, auſi ſæpe ſunt noſtrorum munitiones adoriri. Caſtra erant exiguæ inſtar vrbis; tabernacula ex paleis raptim compacta: locus altari, temploque, & ſacris

tur ad ſacros ordines ſuſcipiendos.

Hoſtes Luſitanorum caſtra adoriũtur

ſacris rebus, itẽ ex paleis excitatus, conteſtuſq́;. Cõtigit vt inter caſtrorum oppugnationem cùm Sacerdos Oliueria ante ſacram arã in genua applicitus Dei imploraret auxiliũ, ſagittę ſupernè euolantes ſuo lapſu ſuper ſacellum deciderent, perfoſſiſq́; tecti paleis, circa orantis corpus humo infixæ hærerent; illius tamẽ corpus, quaſi diuina manu ſubmotæ non attingerent. Id milites, interquieſcẽte per vices prælio viderunt, cùm & ipſi modico ſpatio ad preces cõfugerent; admirati ſolũ circa orantem ſagittis horrere, Sacerdotem verò telis circunſeptũ, incolumem perſiſtere in precibus, donec hoſtis ab oppugnatione pelleretur. Quæ res maiore animo milites cœleſti perſpecto auxilio, ad repetendum prælium reuocabat.

Prælium ſanoarum.

FESSI tandem Tamuye belli diuturnitate, ac pertæſi toties irriti conatus, cùm plerũq́; à prælio malè accepti, ac magno cũ dãno redirent, ſtatuerunt vno prælio de tota belli alea decernere; docti nimirũ ab ad-

uenis

uenis ingenium, & artem adhibere. Et ſanè prudenti conſilio inſtituta res eſt: ſed diuina prouidentia meliorem partem tuendam ſuſceperat. Miſſa caſtrorum oppugnatione, induciarumq́; à prælio interpoſita tãtula quiete, quàm maximum numerum contrahunt canoarum; ad veteres, nouas lõgè à Luſitanorũ ſtatione in ipſo ſinu fabricare adoriũtur: centũ & octoginta toto illo tẽpore inſtruxerunt, eaſq; ſpatio leucæ vnius à Luſitanis abdito in receſſu in inſidiis collocant. Inde earum non magnus numerus prodit; hoſtem prouocat ad prælium: nec Luſitanus certamẽ detrectat. Quinque canóæ, quæ reliquæ erant (nam Vincentiani auxiliares, pertæſi militiæ, dilapſi quatuor abduxerant) aduersùm à Præfecto Sala mittuntur. Præliũ cõmittitur: Tamuyę vix cõſerta manu, vt inter ipſos cõuenerat, ſimulata fuga noſtros audaci⁹ inſequutos in inſidias pertrahũt. Inde maior canoarũ numer⁹ Barbaris auxilio accurrit. Circũuẽtus Luſitan⁹

non animum deſpondet, ſed diuino fretus auxilio fortiter reſiſtit. Fortè inter pugnandum vna è noſtris canóis ictum bõbardç explodẽs ſulphureũ puluerẽ inflãmauit, propugnatorib⁹ aliquot ſemiuſtis in mare eiectis; qui tamẽ nantes ad ſuos euaſerunt. Ea flãma territa Tamuyarum ducis coniux, quaſi ingens incẽdium aduersùs ipſorum claſſem tortũ eos confeſtim eſſet abſumpturũ, clamoribus, eiulatuq; omnes perterruit, ipſaq; cum duce fugã confeſtim arripuit. Ducem, & qui in ſtatione erant, & qui prçliabãtur, relicta pugna, ad vnũ omnes quàm effuſiſſima fuga ſequũtur. Tunc apparuit ingẽs canoarũ numerus, & magnitudo periculi perſpecta. Noſtri ad ſpeciem aliquandiu fugatos inſequuti, ſe tãdem receperunt. Laudes pro magnitudine beneficii Deo redditę, qui ipſos illo die ex tãto periculo liberarauit: neque enim muliebres ſolùm clamores hoſtes in fugam vertêre, ſed multo magis obiecti diuinitus terrores: ipſi enim hoſtes poſtea faſſi ſunt,

Tamuyæ monſtro territi omnes diffugiunt.

ſi ſunt, ſe admiranda ſpecie bellatorẽ in armis vidiſſe fortiter prælian-tem, & de canóis in canóas admirabiliter tranſilientẽ, qui ſuo terrore vniuerſam ipſorum aciem cõpleuit. Eum S. Sebaſtianũ, in cuius patrociniũ ſe dederãt, Luſitani fuiſſe interpretati ſunt. Et ſanè credendum eſt maiorem etiam noſtrarũ canoarum numerũ ipſis apparuiſſe: quippe illa diuini propugnatoris vmbra non tantam faceret oſtẽtationem tã exiguo canoarum numero; neq; ſolùm fœminæ illi, ſed hoſtibus omnibus terrificum incendium obiectum eſſe.

ANNO demum 1567. Prætor ipſe Mẽdes Sala ipſo die feſto S. Sebaſtiano dicato noua cum claſſe, & nouo etiam nobilium cum ſuis copijs comitatu ſuperueniens, hoſtes è toto ſinu exturbauit, eoſq; intra ipſorum fines totis viribus perſequutus multa clade attriuit: duos eorum vicos, quibus ſe Galli munierant, excidit; totumque ſinum Ianuarienſem

Anno Domini 1567. Ianuarienſis ſinus in poteſtatem venit.

hoſtibus expurgatum in poteſtatem redegit.

Vrbs S. Sebaſtianus, & in ea Collegium Societatis Ieſu extruitur.

PACATIS rebus omnibus, frequentique colonia deducta, locum muniendæ vrbi, priore opportuniorem deſignauit: quatuor caſtellis, vt Saluatorem ad Bahyam communiri, fauceſq; ſinus hinc inde caſtellis excitandis claudi iuſsit. Quo tempore area Collegio Societatis IESV extruẽdo Sebaſtiani Regis iuſſu attributa, vectigal etiam eiuſdem Regis liberalitate, ad quinquaginta Socios alendos conſtitutum. Vrbem ſanctum Sebaſtianum nominarùnt, nõ ſolùm religione nominis Regi bene ominati; ſed pia etiam grati animi ſignificatione ſancto Cæliti grates pro modo rependentes, ob felicia euenta, quæ vel eius die feſto cõtigerũt, vel ab eo die eorum initia profecta ſunt: nam & hæc ipſa victoria circa eum diem, vti diximus, relata eſt; & biennio antè Euſtachius Sala eiuſdem diei auſpicio ſinum ipſum intrârat; eiuſdèmque ſancti Martyris inuocato patrocinio bellum

exor-

exorſus erat; præſentemq; opem tũ in canoaram, tum alijs in prælijs ſẽſerunt. Ita ſatis firmum munimentum aduersùs impietatem conſtitutum.

VENERAT eadem claſſe ad Ianuarienſem ſinum cum Prętore obeũdæ ſuæ diœceſis causâ Epiſcopus Leitanus; & vnà cũ ipſo Ignatius Azebedius Societatis IESV Sacerdos, is, qui paucis inde annis è Luſitania cũ magno Sociorum numero Braſiliam repetens, Oceanum claro ſuo, & comitum martyrio conſecrauit. Is per id tempus à Frãciſco Borgia Societatis IESV Præpoſito Generali miſſus Viſitatoris munere in Braſilia Societatem regebat. Eodẽ quoq; comitatu & Ioſephus Anchièta nouus Sacerdos: ſed hic in Vincentianam ſedẽ ſe retulit, ibiq; manſit Azebedius Viſitator Prætorem, & Epiſcopum ad Ianuarienſẽ ſinũ ſequutus; pro ſuo munere Collegium Societatis, Collegiiq; fũdationem admiſit; & totam regendi Collegii rationem, diſciplinámque

Ignatius Azebedius Viſitator Societatem circa Ianuarienſem ſinum ordinat.

Ioſephus factus Sacerdos redit. S. Vincentium.

que ex præſcripto Societatis ordinauit. Ceteras circà ſedes Societatis S. Vincentium, Sãctos, Piratiningã, Spiritum ſanctum, aliaq; loca minùs nota Sebaſtianenſi Collegio, cũ perfectum eſſet Collegij, & vrbis opus, & ſedes, formáque Collegij cõſtituta, regenda attribuit; vt ad vnum omnes caput, tanquam corporis vnius membra referrentur, & vno omnes regimine, quaſi familia vna continerentur.

Inter hæc vt ratio temporum ſuadet, iter faciebat Ioſephus cum Emmanuele Nóbrega, & cum iis Arias Fernandus iam colonus Ianuarienſis eodem contubernio pernoctabat; cum Ioſephus noctis conticinio Nóbregam interpellat. Vigilaſne? inquit; cum ſenſiſſet vigilantem: Grates, inquit, agamus Deo; noſtri enim victoriam ex hoſte retulerunt. Hęc Arias ſomnum ſimulans notauit. Potuit illi nocte, quæ conſequuta eſt, ea victoria inter cõtemplationem indicari: attamẽ quæ victoria fuerit, quia notatum non

inuenio,

inuenio, coniectura ducor ad credendum hanc Prætoris de Tamuyis fuiſſe, cum hoſtibus ex omnib. Ianuarienſibus finibus exturbatis, tota Ianuarienſis regio in poteſtatem venit: nam diuina illa canoarũ victoria quo tempore data eſt diuinitus, Ioſephus Bahya factus Sacerdos nondum redierat. Reliqua, quæ poſtea conſequuta ſunt bella, non tam periculoſæ aleæ fuiſſe videntur, vt ſolicitum quemquam habere debuerint.

At Ioſephus Sacerdotio auctus, maiore cœpit cum auctoritate, & fructu miniſteria Societatis exercere; & in opere iuuãdi homines verſari, vt ea, quę proximè narraturi ſumus, declarabunt. Iam antè à primo Gallorum in Ianuarienſem ſinũ aduentu, nõnulli inter milites Caluiniano veneno imbuti immiſti Catholicis venerant. In iis quidã Ioãnes Boullerius homo lingua prõptus, & facetus, Latinarum, & Gręcarum literarũ, vt ſunt Hæretici, nõ iners oſtentator, Hebraicæ quoque linguæ

Ioannes Boullerius in Braſilia Caluini-

linguæ nonnihil tinctus rudimentis; in locis vero ſacrorũ ſcriptorũ cõtrouerſis, quibus peruerſũ Caluini dogma ſe iactat, audaciſſime verſatus; quod cõmilitones ſanos in fide peſtifero afflatu pertentaret, vel quo alio crimine, certè hæreſeos, erat à ſuo duce Nicolao Villaganonio viro Catholico puniẽdus. Quod ille perſentiens, vna cum tribus comitibus ad Luſitanos S. Vincentium transfugit. Et forte per id tempus in Gallia peſtifera Caluini dogmata ſatanico flatu ſuccenſa tantum ſeditionum incendium excitârant, vt potentiſſimos Reges multos annos fatigârint. Cuius nefarij deprauatoris potiſſimum cõſilium fuit falſa ſpecie, quam ipſe finxit Euangelij, homines ab Eccleſiæ reuerentia primùm, deinde à ſuorum Regum fide ſubtrahere; orbemq; vniuerſum in ſui doloris, inuſtæque turpiſſimæ ignominiæ notæ vltionem excitare, atque peruertere: tãtũ in animo pietatis vinculis exſolùto impotẽs poteſt audacia. His plenus ſpiritibus

Boulle-

Boullerius diu ita inter Luſitanos verſatus eſt, vt peſtiferum virus nō ſe proderet. Ad extremum pruritu percitus afflandę corruptelæ, necdū ſuo inter ſuos periculo ſatis doctus, temerario auſu fortunam tētare nō dubitauit inter alienos, ratus vbiq; eadem hominum ingenia tarda, & hebetia, qualia inter Tamuyas, ſe reperturum: neque in tam ab humano cultu remotis finibus canes ad cuſtodiam aduersùs lupos aduigilaturos. Erat Hiſpanorum loquela bene exercitatus, & vt erat nō infacundus, & vrbanus, & à natura inſtructus ad ſermonem lepore, & facetiis còndiendum, nactus homines armorū, quam iuris peritiores, iucūditate ſermonis ſe ijs inſinuauit; ſēſimque confabulando inter riſum & iocos sēſa quædam cœpit adſpergere, quibus Sacramentorum vſum, ſacrarum imaginem cultum, indulgentiarum vim, & Romani Pontificis poteſtatem eleuabat. Neque ij, quos decipiebat, dolum ſētiebāt; ſed

ziza-

zizaniorum ſemen conceptũ inſcij fouebant. Vnde magnum ille ſibi apud vulgus imperitum eruditionis nomen comparârat: non potuit tamen tanta res tam artificioſa calliditate tractari, vt homines ad Eccleſiæ excubias peruigiles falleret. Aloyſius Grana Societatis Ieſu Sacerdos, rem odoratus, primus inſurgit; duobuſque in oppidis S. Vincentio, & Sanctis (eſt vtrumque frequens oppidum, alterum in continenti litori impoſitum; alterum è regione in inſula Vincentiani ſinus, vti ſuprà deſcripſimus) pro concione populum dedocuit, ſæpiuſque iiſdem de rebus, & publicè, & priuatim diſputando, eos, qui venenum imbiberant, ſanauit, cęteros vt callido ab impoſtore ſibi cauerent, acerrimè admonuit. Acciditq; vt cũ in oppido Sanctis concionẽ alia de re meditatus ſuggeſtum conſcendiſſet, ipſo conſpecto, priore argumẽto repudiato, totum ſermonem ad eius fallacias redarguendas cõuerterit, tanta vi, tantaque copia, vt ſi

octidu-

octiduum totùm ad eam ſe diſputationem comparaſſet.

SENSIT homo aſtutus ſe peti, &, vt erat verſipellis periculū audacia ſtuduit depellere. Dat operã Aloyſium vt ſibi conciliet, & cum ipſo tanquam homo & ipſe eruditus literis amicitiam coniungit; ſæpius inde cum ipſo multa de doctrina communicauit: cùm ſemper ſe in omnibus cum Catholicis ſentire lingua tenus profiteretur: attamen ouina pelle ad pręſens aſſumpta, vulpinum ingenium non excuſſit; ſed venenum clàm magna diſſimulatione propinabat, ſerpebatque malū ſenſim, niſi excinderetur; ad quod auertendum tribunal Eccleſiaſticū hominem coercuit; vinctumq; Bahyam ad Epiſcopum miſit. Sed ſiue hunc, vt ibi, vbi fel draconū euomuerat, puniretur, Bahya ad ſinum Ianuarienſem in vinculis pertractum; ſiue quemuis alium ex captiuis Gallicis, paris facinoris conuictum, & in hæreſi peruicacem, ſtatuit Prætor poſt victoriam Ianuarienſem

ino-

in oculis hoſtium extremo ſuppli-
cio afficere.

Hæreticum hominem morte mulctãdum ad fidem cõuertit, & in extremo vitæ adiuuat.

AD eum adiuuandum, quoniam Latinè cum illo agendum erat, neq; ibi è Societate IESV quiſquam erat, præter Azebedium, maioribus curis occupatum, accerſitus eſt ſancto Vincentio Ioſephus, qui cum initio difficilẽ hæreticum experiretur, impetrauit vt res aliqua diu proferretur: nec paſſa eſt diuina prædeſtinatio electã ouem ſibi eripi è manibus; nam quà precibus ad Deum, quà rationibus de eius ſalute ſolicitus nouus Sacerdos, diuina in primis ope ab ſua duritia auulſum ad veritatis cognitionẽ hominem traduxit, & cum Eccleſia reconciliauit; illèq; vniuerſa culparum omnium cõfeſsione animæ ſuę ſtatum ad optimi magiſtri pietatis præſcriptum compoſuit. Et, quoniam quo tempore in eum lege agebatur, carnifex imperitus minùs commodè ſua exequebatur miniſteria, reus indignè ferebat exacerbari ſibi inepti hominis imperitia carnifi-

cinam

cinam, veritus Ioſephus, ne homo iracundus, & recens ad Catholicam pietatem traductus, breui illo temporis momento æternæ mortis veniret in diſcrimen, caſtigatum carnificem monet, qua ratione expeditè illo munere defungeretur. Ita hominem pronum ad iram, ſummo in ſalutis diſcrimine verſantem, in tuto animæ ſuæ ſtatu, ne excideret, retinuit. Admonitus deinde, qui nō eſſet veritus canonicum impedimentum, notamque à ſacrarum rerum functione amouentē? Quia impedimentum illud, reſpondit, à diuina offenſione ſeiunctum, ſuis remedijs non caret. Anima illa ſi extremo illo tēpore, quod erat in procliue, à ſuæ ſalutis ſtatu excidiſſet, nulla ſpes ſupererat illam in omnē æternitatem reparādi: quam vt in eo retinerem, non me pigeret illa notatum labe vitam omnem agere. Factum prima ſpecie reprehendendū, cognita cauſa, & ſapiens, & admiratione dignum iudicatum eſt. Nec defuit, vt ille dixerat, ad no-

tam

tam abolendam cum ſuis remediis poteſtas; tantum in eius animum diuinæ cauſæ tuendæ ardorem ſuccendebat ipſa, quâ perpetuò cum Deo fruebatur coniunctio: vt non modò nunquam à recto tramite exerraret; ſed multa etiam cognoſceret, quæ nonniſi ex ea luce hauriret.

REBVS ad ſinum Ianuarienſem conſtitutis Prætor vrbi ædificandæ, ſinuique muniendo Saluatori Corrêa Sala, qui in Euſtachij Salæ demortui locum ſummus rei bellicæ Dux ſucceſſerat, præfecto ad Bahyã ſe retulit. Hoſtes porrò, quamuis ſtationibus, & Ianuarienſi regione deiecti, in ſua tamen pertinacia hærentes, circa Caput frigidum, ad ꝙ illorum fines pertinebant, ſe muniuerunt. Eſt caput frigidum promõtorium à loci natura dictum, à ſinu Ianuarienſi in Orientem non ita lõga nauigatione diſſitum: nam à S. Vincentio ad hoc vſque Caput ora Braſiliæ recto tramite tendit in Orientem, inde in Septentrionem vertitur. In ipſo flexu, inter vice-

Caput frigidum

ſimum

ſimum ſecundum, tertiumq́; gradũ altitudinis duo excelſi montes, Auſtro auerſi curuant litora: hi portus duos includunt; quorum prior duo habet oſtia, alterum Orienti, alterũ Boreæ, quem Ernordeſtem nauigãtes nominant, obuerſum. Portus alter rectà Septentrionem ſpectat. Regio ipſa montoſa, braſili ligni in primis ferax: cuius maximè mercis emolumento Galli negotiatores, dynaſtæque inſtructis ad bellum nauibus in hæc loca nauigant.

Euentus admirabilis Chriſtianæ mulieris Ioſepho diuinitus indicatus.

Ex hoc promontorio, dum Galli colligendis mercibus dant operã, Tamuyæ Vincentianos, alioſq́; maritimos fines, maris orã adlegentes damnis vltrò, citroque inferendis, accipiendiſque infeſtabant; ſubitoque ſæpè aduentu viros, ac mulieres in ſeruitutem, aut in eſcam abducebant. Et res contigit, quæ, quãtà luce Ioſephi animus diuinitùs perfunderetur, declarauit. Chriſtianæ mulieres duæ indigenæ ſorores erant, ambæ matrimonio coniunctæ: altera in oppido S. Vincentio,

altera in vico extra oppidum degebat. Venit vicana intra oppidum ad ſororem in opere iuuandam Lychnos ceratos faciebant, qui in cylindros, aut commodiorem aliam formam conuoluti ad priuatorum nocturnum lumen adhibentur: his enim induſtriis operæ, & vitæ cultui aſſueſcunt. Inter opus vicana ex liquata cera candelas duas ſibi componit; rogata, cur id faceret: vt has, inquit ad patrem Ioſephum deferã, quibus vtatur ad Miſſæ ſacrificium, quod mea cauſa offeret, cum ſancta fuero. Id nimirum dicere voluiſſe videtur; cum ꝓ fide Chriſtiana ab hoſtibus interfecta martyrium obiero. Quo id acta ſpiritu loquuta ſit, ſtatuere meum non eſt. Crediderim certè, ad diuinã in Ioſepho declarandam gratiã, ipſam inſciam de ſe prophetico afflatu pronunciaſſe. Defert ad Ioſephum, adiecta ea petitione, cãdelas ſuas. Haud ita multò poſt Tamuyæ, excurſionè facta in Vincentianos fines, cum captiuos alios, tũ hanc inter eos mulierem abduxerunt.

duxerunt. Hãc adortus vnus è principibns prædonum, vt violaret, adducere nunquam potuit, vt aſſentiret: quin virili animo reluctans, conteſtabatur magna libertate, ſe Chriſtianam eſſe, & Chriſtiano cõiugio copulatã, nolle diuinam legem violare. Ea conſtantia offenſus Barbarus, ratus ſe à muliere cõtempi, magna crudelitate eã interfecit. Illo ipſo die Ioſephus rẽ diuinitùs edoctus, duabus illis prolatis candelis, ad Miſſæ ſacrificiũ precationes, ſacraſq; lectiones adhibuit, quæ ad cultũ vnius Martyris ſunt inſtitutæ: & nomen etiam mactatæ fœminæ, tanquam cœlo iam donatæ legitimis locis ritè pronunciauit; cum tamen regio, in qua illa cædes commiſſa eſt, plus triginta leucis S.Vincentio diſtaret. Rogatus à Nobrega Ioſephus quęnam eſſet ſancta illa mulier, cui Miſſa cultũ exhibuiſſet illo die, nomẽ prodidit mulieris, inter Vincentianos notæ pietatis, quam illo ipſo die causã diui-

næ legis, & pudicitiæ ſeruandæ à barbaro Tamuya occiſam eſſe aſſeuerauit. Haud multo interiecto tẽpore, multi ex iis, qui vnà capti erant, redempta libertate, inde rediêre, qui totius rei ſeriem enarrauerunt.

Sacerdotem è Societate Laureti in Italia obiiſſe illo die cognoſcit

Non huic diſſimile factum alterum, non incõmodum viſum eſt, huic narrationi adiungere. Ipſo die feſto S. Ioannis Euangeliſtæ, qui tertius eſt à Natali Chriſti Domini, Miſſa *Requiem*, quaſi certo homini parentauit. Id vero abſurdum multis viſum eſt. Quare Nóbrega familiæ Præſes, licet ſciret nihil temerè in re tanta Ioſephum facturum fuiſſe; tamen, vt res palàm fieret, quaſi factum reprehendens, quærit ex eo in conuentu, cur tantæ Religionis die tam enormiter ab Eccleſiæ ritu exerraſſet? Reſpondit, ea nocte in Lauretano Collegio Societatis in Italia Sacerdotem Societatis obiiſſe, quem Connimbricæ in ſcholis condiſcipulum habuiſſet; multæ iam inde ab eo tempore probitatis adoleſcen-

leſcentem, eum poſtmodum Societatem ingreſſum, Romam poſt aliquot annos miſſum, indeque Lauretum, aliquandiu in eo Collegio Societatis miniſteria exercuiſſe; ſe illius animæ iuuandæ Miſſæ ſacrificium eo die obtuliſſe. Rogat iterum Emmanuel, ecquid noſſet de illius animæ ſtatu? reſpondit, cœlum ingreſſam, cùm poſt ſacrificij oblationem ad eum locum veniſſet; *omnis honor, & gloria.*

MIRABITVR fortaſſe quiſpiã; cùr tam facilè ſua proderet arcana: id verò nulla fieri leuitate intelligemus, ſi rem attẽtius inſpiciamus. Primum, obedientia, & reuerentia erga ſuũ pręſidem iſta exquirentẽ; cui nil celandum eſſe ipſe apud animum ſuum ſtatuiſſet: deinde ex eodem fonte, vnde tanta ad eum donorum copia manabat, prodibant cuncta. Perpetua illa de Deo cogitatio, quàm remittebat nunquam; perpetuaq; cum Deo coniunctio tãto diuinæ lucis fructu occupabat animum, vt in diuinũ lumen abſor-

ptus noſtra hæc non humana ratio-ne, modoque cogitaret. Inde tanto animi cãdore, tamq; ſincera ſimplicitate, quæ in diuino lumine intuebatur, ad diuinã illuſtrandã in gloriam prodebat foras. Eadem mentis in diuino lumine occupatio, & cura illa intenta ſubueniendi primo quoque tempore animæ opem imploranti locum illi cogitationi non reliquit, poſſe pari virtute, parique efficacitate cuiuslibet diei oblatum Miſſæ ſacrificium animabus expiatione indigentibus opem ferre.

Bellum Tamyæ iterum ſuſcipiũt adiunctis Gallis.

VRBS interim ſanctus Sebaſtianus ſtrenuè ædificabatur. Nondum confecto opere, nec munitionibus abſolutis, nouus ſuperuenit à Gallis, & Tamuyarum reliquiis tumultus. Onerarias quatuor Galli iam mercibus eius terræ cõpleuerãt, cũ eos Tamuyæ rogarũt, vt, antequam diſcederent, ſe ad cõmunem hoſtem bello opprimẽdũ ducerent. Erat hic homo Braſil[9], vir prçſẽti animo, magnoq; bello ſtrenuus, cõſilio bonus ſupra captũ; gẽtis fide in Luſitanos & Chriſtiana pietate cum quolibet o-

ptimorum comparandus. Is ſuperioribus bellis multa pro Luſitanis & Chriſtiana Religione egregia facinora ediderat; magumque ſibi apud omnes militaris virtutis nomẽ cõpararat, & magnum ſui nominis terrorẽ hoſtibus iniecerat patrium illi nomen fuit Ararig Bohya. Sed Chriſtianũ in Baptiſmo Martinum Alfonſum Sosã ſuſceperat à magno Soſa, qui primus Regiis auſpiciis in Braſilia rem ordinauit, ſuis meritis conſequutus. Eum rerum fama permotus Mẽdes Sala in expeditionem Ianuarienſem iam inde ab ipſo belli initio ire iuſſerat, egregiãque toto eo bello Luſitanorum teſtimonio operã nauarat; ita vt inter præcipuos duces honeſtũ locum teneret. Confecto bello eum Prætor cum ſua cohorte in vico plus minùs leuca vna ab vrbe S. Sebaſtiano collocarat: ibi cũ Tamuyæ Gallorũ auxilio adoriri cogitarãt; ſubitoque aduentu captum in ſuos fines ptrahere; vt more ſuo feſta lætitia eius vorandis carnibus odium exſa-

tiarent. Galli, ne Barbaros, quorũ amicitia locupletabantur, ab ſe alienarent, ipſorum poſtulatis aſſenſêre. Ergo ſublatis anchoris, octo minoris aluei nauigiis canoiſq́; permultis adiunctis, magna impoſita Tamuyarum turba, ad Ianuarienſem ſinum vela dant, & nondũ munitis faucibus, ſinum intrant; vrbẽq́ue tuto, ac nullo impediente prætereunt, nullis adhuc ad hoſtem remorandum in litore caſtellis excitatis. Erat omnino res periculi pleniſſima: aduentus hoſtium improuiſus, apparatus timendus, nec cui paribus viribus obuiam iri poſſet: ac ſi Gallis pares virtute Barbari fuiſſent, magnum illo die ciuitas periculum, ſi tentaretur, adiiſſet. Miſſi tamen tanquam caduceatores, qui itineris cauſam exquirerent, à Gallis reſponſum acceperũt, ſe ad Martinum Alfonſum in poteſtatem Tamuyarum tradendũ proficiſci. Præfectus Ianuarienſium Correa, veritus ſi Martinus peſſundaretur, ne periculum in vrbem verteret, miſit

ad Vin-

ad Vincentianos petitum auxilium; arma, milites, & quàm maximũ canoarum numerum, apparatũmque reliquum quamprimum mitterent. Ipſe militibus, quos ad ſubita quælibet paratos habebat, vrbẽ munit: iubet omnes in armis ad hoſtiũ aduentum paratos eſſe; præſidia, vigileſq; diſponit: nec minùs de Martino Alfonſo ſolicitus, eum per celeres nuncios de periculo certiorẽ facit. Ille confeſtim cum ſuis vicum totũ vallo cingit, retentiſq; tantum militibus, & Patribus Societatis, qui præliantibus animos adderent, precibus diuinam opem implorarent; imbellem multitudinem procul à periculo iuſſit faceſſere, ſeque magno animo ad propugnationem cõparauit. Hoſtes admotâ ad litus claſſe, exſcenſionem faciunt, & tãquam certi de victoria reliquum diei otiosè traducunt, prælio in diem poſterũ dilato. Superuenit ex vrbe viciniſque locis per noctem Alfonſo non magna, nec tamen contemnenda Luſitanorum manus, duce O-

G 5 doardo

doardo Martinio Morano; muraleque tormentum æneum, quem *falconem* vulgò nominant, ad fundendos in hoſtes lapides, ingenti canoà aducſtum noctis ſilentio, hoſtibus nihil ſentientibus, opportuno loco collocāt. Exhilaratus Alfonſus hoc ſubſidio. lęctuſq; ea ſibi quę à tā beneuolis amicis ſeparaſſet, contigiſſe, multa grati animi ſignificatione gratias egit Luſitanis: inuocatoque IESV, ac S. Sebaſt. nomine, ſuos ad prælium hortatus, iubet, vallum reſcindere, &, in hoſtes antequam aciem inſtruant, eruptionem facere; ſubitoque impetu, & ducis dicto, & Luſitanorum exemplo inflammati imparatos hoſtes, ac ſemiſopitos adoriuntur. Onerariæ propius iuſto ad litus appulſæ, ſub ipſum pugnę tempus, æſtu refluente, grauatæ mercibus, aquæ breuitate laborantes fluctuabant. In eas falco lapidum procellam euomens, multos è nautica turba, tum intra naues ipſas, tum ſparſos in littore partim exanimat, partim grauiter afficit.

Barba-

Barbarorum acies, etſi aliquandiu conferta multitudine fortiter reſtitit, impreſſionem tamen tum Luſitanorum, tum Alfonſianorum non ferens, tandem terga dedit. Noſtri inſequuti magnam eorũ ſtragem ediderunt, non magno ſuorum damno. Onerariæ inde, æſtu ſtatis horis redeunte, iuſtam aquæ nactæ altitudinem, malè acceptæ, ac multis de ſuis amiſſis, in altum ſe recepêre. Barbari malè mulctati ex fuga ægre ſuis nauigiis, canoiſque conſcenſis, fractis animis, viribuſque accisis, vna cum onerariis Caput frigidum repetierunt; & qui armati è ſuis finibus exierant, vt Martini Alfonſi membra deuorarent, ingentē ſuorum numerum per Martini campos ſtratorum feris, volucribuſque vorandos reliquerunt. Galli, reſartis, quas prælium afflixerat nauibus, cũ ſuis mercibus in patriam renauigarunt. Ita graui, formidoloſoq; bello paucis Luſitanis, Alfõſianiſq; indigenis perfunctis, regio tota

metu liberata eſt. Vincentiani interim, cognito Ianuarienſium periculo; vt in re ſubita, ea quæ par fuit celeritate; ſatis firmum armatorum ſubſidium, cum apparatu, quẽ Corréa petierat auxilio ſociæ ciuitati miſêre: quos cùm paratos ad iter Ioſephus Anchiéta vidiſſet, precatus eſt Deo bene iuuante proficiſci: ſed illorum prædixit auxilium fore ſuperuacuum, quòd illo ipſo die hoſtes ſuo diſceſſu liberum ſinum reliquiſſent; quod ita factum eſſe copiæ eò profectæ ſe cõpererunt. Atq; id ille nulla humana via ſcire potuit, cùm ſancto Vincentio leucis quadraginta ſinus diſtet Ianuarienſis. Hac clade attriti Tamuyæ, prioreque deturbati in portum alterum Septentrioni obuerſum ſe receperunt, quem Petræam domum nominant.

Prædicit Ioſephus hoſtes eo die ſinum Ianuarienſem liberum reliquiſſe.

Clades Tamyarum.

RELIQVA multitudo mediterranea latè incolebat: ibi etiam ſæpius è noſtris excurſionibus, minoribuſq; bellis eorũ acciſæ vires: tũ vt ne reualeſcerent, tũ vt ne ma-

maritimæ oræ, ac finibus infeſti eſſent. Et cùm ad eos bello laceſſendos, ſuperbiamque infringendam viginti à Vincentianis finibus leucis cum ſuâ cohorte Georgius Ferreria profectus eſſet, Ioſephus in oppido Sanctis palàm denunciauit, noſtros eo die vicum Barbarorum, nullo de ſuis deſiderato, expugnaſſe; poſteroque die ſub noctem venturus eius victoriæ nuncios; idque ita contigit. Alio tempore Vincẽtianæ coloniæ præfectus Hieronymus Leitanus cum magna militum manu in eorum fines inuaſit, trigintaque leucas progreſſus bimeſtri ferme tempore ibi hæſit, cùm interim nuncij nulli perferrentur. Suſpenſis omnium animis, Ioſephus eodẽ in oppido Sanctis interdicendũ ad concionem, repentè obticuit; manuq; oculis obtentâ, poſt aliquãtũ ſilẽtium, quaſi ad ſe rediens: Pronũciemus, inquit, ſinguli orationẽ Dominicã, Angelicãq; ſalutationẽ gratias diuinæ bonitati agentes de victoria quam hodierno die de Tamuyis

Victoriã de Tamuys abſens cognoſcit, ac denunciat.

muys hoſtibus noſtris militibus cõceſſit. Atque ita eo die contigiſſe victores, cùm domum rediêre, teſtati ſunt. Sed his quaſi excurſionibus hoſtium vires retuſæ, nondum fracta contumacia: nam à Ianuarienſibus, Chriſtophoro Barrio primùm duce, magnis cladibus afflicti, anno tandem 1575. duce Antonio Salema, coloniæ Ianuariẽſium Præfecto, magnis copiis in eorum fines adductis, occiſione deleti ſunt, paucis ſeruatis, qui Chriſtiana fide ſuſcepta, (& hi videntur, qui initio Nobrega, & Ioſepho interpretibus, pacem cum Vincentianis factam ſeruarunt) in vicos S. Laurentium, & S. Barnabam, circa ſinum Ianuarienſem tranſlati ſunt, & Patrum Societatis IESV inſtitutioni, vt alij Neophyti, traditi. Atque hic tandẽ poſt viginti circiter annos belli Tamuyani finis fuit.

Belli Tamuyani finis anno Domini 1575.

DEGEBAT interim S. Vincentij Ioſephus, Societatiſq; miniſteria ſolito cũ fructu exercebat, cùm magnũ vitę periculum adiuit, é quo vix credi poſſit ſine diuino miraculo

Vt milites duos

ſerua-

ſeruatum eſſe. Milites duo magnæ in rebus bellicis auctoritatis, ingenio præferoci, ob aliqua commerita, legum pœnam timētes, cum ſuis familiis in mediterranea ſeceſſerāt, sèque ad Barbaros hoſtes communi conſilio contulerant; & erat metus, ne hoſtium inſtructi multitudine Vincētianam coloniam infeſtarēt: ad id periculum auertēdum, ſtatuit Ioſephus ad eos ſe conferre; atque, impetrata delictorum venia, eos ad ſuos reuocare. Iuit cum eo Vincentius Roterigius, & pauci præterea comites auxilio: iter flumine faciebant, lintre, ſeu, vt illi vocant, canòa vehebantur ex cortice trabis vnius confecta. Sunt hæ agiles quidem, & tutę ad faciles nauigationes, ſed quę leui fluctuatione agitatæ, merſæ deprimantur, quo carent incommodo, quæ ex ſolida trabe excauantur: nā eæ ſi quo caſu mergantur, vndarum victrices enatant. Perſoluebant inter nauigandum Patres ſacram eius diei pſalmodiam; neq; ita longè aberant, à loco, quem petebant,

tranſfugas ad ſuos reuocet vitæ periculum adit demerſus in flumē.

cùm

cum linter in abruptum fluminis alueum aquarum impetu prouectus vna cum vndarum ruina è cataracta in ſubiectam foſſam cadens demergitur. Omnibus nando ad ripam appulſis, ſolus Ioſephus imperitus natandi deſiderabatur; & multa erat aquarum altitudo. Venerat in eo comitatu Braſilus homo robuſtus, & natator egregius. Is dolore & commiſeratione eius, quẽ tantopere diligebat. ſe dimittit in flumẽ; &, cum vrinando diu conquiſitum non reperiſſet, emerſit ad reſpirandum; dolorisque impatiens iterum ſe demittit; diuinòque Numine eius oculos regente, videt hominem in medio alueo ſedentem, quem lacinia apprehenſum extrahit incolumem cùm propè ſemihoram hæſiſſet in aquis; ſemper ſuę mentis compos, trium rerum, vt ipſe poſtea narrauit præcipuè memor, IESV, MARIAE, & ne de flumine biberet. E tanto periculo ſeruatus, cùm ægrè reſpiraſſet, madida veſte, vt è flumine extractus erat, pedibus iter

cum

cũ alijs capeſſit: neq; habuit ne ſudarium quidem, quo inter corpus, & indumenta inſerto vdæ veſtis humorem, friguſque arceret; quin cœlo pluuio eos nox oppreſſit. Non ignis, non cibus ſuppetebat, neque tectum, quó ſe reciperent, occurrebat: iter inuium, altis dumis, vepribuſq; obſitum, vt ne ſemita quidem greſſibus locum aperiret; & manibus erant ramuſculi ad ingrediendum reflectendi. His difficultatibus præpediti, diuina eorum iter regente prouidentia, in hoſpitia eorum, quos quærebant, inciderunt. Illi tantæ calamitatis ſpectaculo permoti, ingemuerunt, ſtatimque mutata mente, ad Patrum pedes abiecti pręteritorum erratorum veniam poſtularunt; dolentes maximè ſuorum delictorum pœnas homines immerentes tam graui incommodo luiſſe: eoſque exceptos perbenignè ex tantis ærumnis recrearunt. Non difficile fuit peccatum ſuum vltrò profitentes ad ſanitatem reuocare, præſertim fide publica commiſſorum

rũ impunitate impetrata. Patres igitur cum ſuis familiis S. Vincentiũ ſequuti ſuis ciuibus ſe reddidêre. Ita diuina ope per Ioſephum & illi ab iniuria inexpiabili reuocati, & colonia à periculo grauiſſimo liberata. Hæc ferme circa illa tẽpora, quibus Sacerdotij charactere Ioſephus eſt inſignitus, cõtigêre. Dicebat prçterea, vt Sacerdotes alij ingenio, & doctrina inſtructi, ad concionẽ. Eius ſermo ẽ pectore prodibat pleno magis pietatis, diuinorùmq; ſenſuum, quos ex perpetua cum Deo conſuetudine hauriebat, quã doctrinæ librorum lectione comparatæ: etſi hanc in primis ſtudiosè adhibebat, ſed quã Spiritùs dulcedine, qua plenus erat, condiebat; vt doctrinæ robur. & nerui penetrarent ad mẽtem. Morata oratio ſpiritali iucunditate ſe ad animum infundens, homines ad mentis compunctionem lacrymàſque ſenſim commoueret; & eos ad deteſtanda vitia, virtuteſq; amplectendas; in primiſq; ad Dei coniunctionem per Sacramentorum vſum

Qualis fuerit dicendo ad concionem.

ſum expetendam induceret. Sententiæ ſuo pondere robuſtę, & efficaces non in cõcionibus modó, ſed in priuatis etiã ipſius de Deo colloquutionibus, animos quamcumque vellet in partem, permouebant. Licet breue totius generis exemplum ex fragmentis nonnullis eius epiſtolarũ agnoſcere, quæ ad calcẽ noſtrę narrationis ſunt adiecta. Fęmina nobilis, & grauis in cõcione illius oratione ita afficiebatur, vt diceret, Spiritum ſanctum P. Ioſepho verba in os inſerere, non ſecus, ac columbam in pullorum ſuorum guttur alimentum. Gaſpar Sampereſius Societatis Sacerdos iuratus teſtis dixit; cùm Ioſephus in Pręfectura Spiritus ſancti in templo Societatis ipſo Pentecoſtes die concionem haberet, vidiſſe ſe paſſerem Canarino ſimilem ad dicentem aduolaſſe: ac ſiniſtro eius humero familiariter inſediſſe, quem cum blandè inter dicendum ab ſe repuliſſet, ipſum tamen iterum rediſſe. Non eſt credendum, non ad teſtimonium ſummæ

Paſſer dum dicit ad concionem illius humero inſedit.

ſummæ innocentiæ homini item innocenti dandum tantæ religionis die, inter eam actionem, quæ potius auem abigeret, quam inuitaret, hęc ſigna Deum oſtendiſſe. Ipſe Epiſcopus Petrus Leitanus, tanta auctoritate, & ſapientia vir, ita illius ſermone tenebatur, vt dicere ſolitus ſit, facilius ſe huic vni Canarino, quam reliquæ doctorum virorum multitudini auſcultaturum. Nec tamen ille perpetuò hærebat affixus concioni: ſed ſubinde ſuſcipiebat ad Neophytorum, Barbarorumque vicos excurſiones. Quo in genere non erit inutile, vt alia multa vniuersè cognouimus, ita etiã quod ad hanc rem pertinet, accuratè nonnulla explicare.

Epiſcopus illius ſermone tenebatur.

STATAS ſedes & fixas Societas IESV habet in Braſilia ſeptem in oppidis, & vicis decem: iis rurſus loca alia minora cum ſuis Eccleſiis, domiciliiſque, quibus pro tempore Patres diuerſentur, attribuuntur. Ex his ſedibus ſeptemdecim duo ad Braſilos erudiendos peregrinatio-

Duo excurſionum genera ad Braſilos erudiendos.

tionum genera ſuſcipiuntur: nam aut Neophytorum pagos, vicoſque ſibi notos, quos diximus ſuis quemque ſedibus attributos peragrant; aut in Barbarorum fines centum, pluis etiam interdum leucas intra mediterranea ſe penetrant. Hæc omnium duriſſima, & crucis fructibus refertiſſima, prouincia eſt: non labor, non fames, non ſitis, non laſſitudo, non itinerum aſperitas, non vitæ diſcrimina, non denique ærumnarum genus vllum deſideratur. Nullum ſolatium, leuamen nullum, niſi quod ex re diuina bene adminiſtrata proficiſcitur. Adhæc incolarum duritia, aſperitaſq; quaſi laborum condimentum deuoranda. Per has aſperitatum delicias veri Crucis amatores, homines aduenæ, & ignoti ignota & inhoſpita loca percurrentes, oues errantes àd Chriſti paſcua compellere, & Euangelii proferre fines diuino fulti auxilio contendunt. Quæ omnia incommoda ſtudioſi venatores animarum, tanto animi ardore

Peregrinationes ad infideles ærumnoſæ.

dore ſubeunt, vt minus auidè expeditiones illę expetantur, quæ non fuerint harum aſperitatũ quaſi acidi ſucci acrimonia cõditæ.

HORVM laborum fructus eſt, quamplurimos ad cognitionem, cultumque ſui conditoris adducere: nec culturæ malignè prouentus reſpondet; ſiquidem plantationi, irrigationique incrementum dat ipſe Deus. Sunt porró aliæ quaſi ſtatæ, & quotidianæ ad Neophytorum vicos, aliosque cœtus Ethnicorum in finitimis pagis excurſiones, quæ & minùs ærumnoſæ ſunt, & ſpe fructus certiore ſuſcipiuntur. Iis & Baptiſmo iam affecti ad maiorem pietatem excolũtur; & qui alieni ſunt à fide, ad Chriſtianam pietatem inuitantur. Eſt in his inſtituendis certa deſcripta ratio. Manè cùm prima luce ſignum datur ad ſalutationen Angelicam; haud ita multo poſt conueniunt ad Miſſæ ſacrũ, ſub ſacrũ Chriſtianam doctrinam ipſorum lingua, & inter

Braſili Neophyti qua ratione in ſuis vicis inſtituantur.

Cathe-

Cathechiſmum ſolemnes preces v-na omnes edocentur; inde ad ſuum quiſque opus dimittuntur.

HAEC fere omnibus in locis, vbi aut Catechumeni, aut rudiores adhuc Neophyti inſtituuntur. Quibus autem in locis Societatis Patres reſident, & maior eſt vitæ cultus inductus, poſt ſalutationem Angelicam ante Miſſam pueri, puellæq; ad templi fores ſeorſim in choros diſtributi, aſſa voce alternatim roſarium decantant. Initium illo quaſi preludio faciunt pueri: *Benedictum & clarificatum ſit ſanctiſſimum nomen* IESV. Quibus per antiſtrophē puellæ reſpondent. *Et ſanctiſſimæ Virginis Mariæ matris eius, nunc & ſemper. Amen.* Inde alternantes chori roſariam modulationem aggrediuntur: abſoluta quaque decade, interponunt laudem: *Gloria Patri.* Decurſa tota pētacontide, ad Miſſæ ſacroſanctum ſacrificium ſe vna cum aliis componunt. Hæc cum aliis in locis, tū præcipuè in vicis, qui ad coloniā Spiritus ſancti pertinent quotidiana ſunt. Miſſā breuis expli-

catio ſequitur Cathechiſmi ipſorũ lingua communis omnibus: quâ breui abſoluta diſcedũt reliqui pueri ad ſcholas ſuas ſe recipiunt; & pro ætatis gradu alij legendo, muſicis alij exercentur, tũ Gregoriano cantu, tum harmonico. Non pauci etiam maiores minoreſque tibias, quæ *flauta*, & *ceramia* vulgò nominant, ad ſymphoniam inflare aſſueſcunt. Quo deinde artificio diebus feſtis Eccleſiæ ſacra exequutio, & ſupplicationes, cum traducuntur, exornantur. Veſpere porrò hora quinta pomeridiana, rurſus dato ſigno ad Chriſtianæ doctrinæ cõcionem euocantur; explicaturque iis pars altera Catechiſmi. Abſoluto Catechiſmo, pueri ſupplicatione ab Eccleſia ad Crucem vſque non inde longè conſecratam pio cum cantico procedunt, pro animabus noxarum reliquias purgantibus ſupplicantes. Atque hæ quotidianæ, vſitatæque exercitationes in vicis, minoribuſque Neophytorũ Eccleſiis, vbi Societas ſedẽ habet. Sunt & aliæ præterea

tereaſi minùs aſſiduę nõ minoris tamẽ momenti, fructuſq; infantes recèns nati baptizantur: adulti Catechumeni inſtruuntur ad baptiſmũ, Baptiſmo expiati ad matrimonium Chriſtiano ritu obeundum; illorũ patrocinium ſuſcipitur, dantque operam Patres, ne quid de ipſorum libertate minuatur. In morbo eorum curationem ſuſcipiunt, ſacro oleo, cùm ad extrema veniunt inungunt, defunctorumque Eccleſiaſticam procurant ſepulturam. Tum ex vniuerſo cœtu deligunt, quos multis hortationibus, præceptiſque ad Eucbariſtiæ percipiendum Sacramentum præter feſtum Paſchæ diẽ inſtruant, viros, fœminaſque. Et cum ſunt ad communionem admittendi, pridie eius diei circa veſperã, quies agitur inter eos: neque fere quidquam iis maiori curæ eſt, aut ſermo de re alia, niſi qua ſe ratione comparent ad ſacroſanctum percipiẽdum Chriſti corpus. Ipſo die vnà omnes manè communi conuentu ſacrã menſam ineunt, dieiq; maxi-

Qua ratione Braſili ſe comparent ad Euchariſtiam percipiendam

mam partem in templo precibus tradjucunt.

Braſilorum Chriſtianorum conſuetudines. Et, vt aliquid de illorum conſuetudine dicamus, terram colere iam dudum qui Chriſtianam religionē ſuſcepêre, aſſueuerunt; & operā etiam varia ad miniſteria locare, mercedem capere, rem cogere, & parta tueri didicerunt. Vtuntur etiā viri, fęminæq; indumēto: fœminę veſte cādida ſupernè circa collū adſtricta indeq; ab humeris laxa, ſi nuoſaq; ad pedes vſq; defluēte vtuntur; itaq; conformata, vt & decoro ſeruiat, & elegantiæ: comam vittis colligatam circum caput colligunt; manibus ſertum globulorum ad orandum præferunt. Viri quā quiſque nactus eſt laciniam, ea fortuitò corpus aduelant. Diebus vero feſtis, & quoties ad Eccleſiam conueniunt, veſtitu cultiòre prodeūt, ornatu fere Luſitanico, & militari. Galerus iis tela holoſerica ſubſutus calcei, caligæ, manicæque eius quemquiſq; colorem adamauit; amictus reliquus nobili ex panno Luſita-

Luſitanico, Hiſpanicove. Et hæc ij præcipuè, qui præter ceteros ſunt ad humanitatem proniores. Studioſi etiam ſunt colendæ pietatis: multũ Chriſti nece, & doloribus afficiuntur; cuius rei cauſa & frequẽtes cõueniunt ad templum, quibus diebus ea de re ſermones explicantur; & multo cum feruore corpori flagella admouent, ſacrisque hebdomadæ ſanctę diebus magna cum Luſitanorũ admiratione ſupplicationes flagellantium traducũt. In quibus ſæpe videre eſt etiã tenerę ætatis pueros pro modulo ſtudia parentũ æmulari. Hæc in oppidis vicíſq; in q-b⁹ Societatis Patres reſident, & ad quos peregrinãtur inter Chriſtianos inſtituta promouentur. Hoc quoq; Apoſtolicæ vitæ genus, cum à concione vacua illi tempora dabantur, diu exercuit Anchiéta: & cum pedibus iter faceret, maximam noctis partem precibus inſomnẽ traducebat. Accidit perſæpè inter peregrinandum, vt cum ſuperueniente nocte, nullo per

Studia pietatis Braſilorum.

Ioſephi peregrinationes ad Braſilos erudiendos.

ea itinera diuerſorio,tugurium No-
madum more ipſe cum comitibus
raptim ſibi ſuis manibus conſtrue-
rent,obſeruato tempore, quo ma-
ximè ſomno conſopitos comites ar-
bitraretur,è tugurio exiret ad oran-
dum; Idque ſæpe ab ipſis comitibus
obſeruaretur, & poſt aliquot horas
ad modicam quietem ſe in tuguri-
um referret;ſæpeque antequam alij
euigilarent (erant enim illi ſomni
breuiſſima tempora)iterum prodi-
ret ad orandi curſum repetendum.
Et cùm loca alia obiret frequens,
tum in primis peculiarem terrę tra-
ctum ſibi legit, quem ob copioſam
meſſem animarum, & meritorum
ſibi paratam ſegetem ſuum Peruui-
Itannia. um appellare ſolitus erat. Infra S.
Vincentium litus ad octo,decemue
leucas in Auſtrum excurrit. Solum
aſperam,herbis,virgultiſque omni-
bus prorſus detonſum, aliquibus
tantùm fluuiis, riuiſque in mare
tendentibus intercisum, multis
etiam balænarum cadaueribus,
oſſibuſque reſperſum, quæ tumeſ-
cente

cente mari, præſertim nouilunio, aquarum multitudine laſciuientes, terras adnatant, ſæpèque æſtu ſæuiente in litus eiectæ, refluente ſalo in ſicco deſtituuntur. Tendit tractus ille ſpatioſam in planiciem, lapideam totam, omni plantarum germine eraſam. Hæc gentis vocabulo. Itannia nomen habet, quod ipſorum lingua *pratum ſaxeum* ſonat. Vicus ibi eſt, qui Luſitanis Conceptio nominatur à nobili conceptæ Virginis tēplo, quod multa ibi veneratione colitur. Gentile ſaxei prati nomen, vti loci natura eadem, ita cum lĩtore toto commune factū eſt. Ea ſolo durities, & cautibus aſperitas eſt, vt ferratæ plauſtri rotæ, quantouis pondere onuſti veſtigium non imprimant. Addita etiā occulta inimica vis, vt nō magno itinere confecto, incedentium plātas, quāuis ſoleis firmiſſimè munitas, lacerare, ac diſſoluere videatur: eandemq; & boues, & iumenta alia, pecudeſq; ſentiant aſperitatem. Hæc tamen itinera nudis pedibus, quòd

illi in itineribus ſolemne erat, Ioſephus eius victor incommodi aſſiduè terebat. Habet hoc aſperum litus mare ad leuam, ad dexteram, cum arenoſas ſyluas præterieris, terras introrſus recedentes ad montes vſq; non longo tractu in Occaſum diſſitos: mite ibi ſolum, & culturæ obtemperans; multa ibi Luſitanorũ latifundia, qui cum ſuis familiis, & indigenarum ſeruitiis in ipſis prædiis habent domicilia; prouentuq́; agrorum lucra exercent ſuo. Hæc Piratiningæ campeſtria eſſe neceſſe eſt, quæ ſuprà Europæis terris quam ſimillima ab agreſtibus ferme Luſitanis culta tam felici prouentu fruges fundere commemorauimus. Et licet vici, conuentuſq́ue per agros nulli ſint; ſed circa Conceptionem tantum non infrequens vicus, ſeu oppidulum; eſt tamen in illis prædiis ingens ſparſus animarum numerus ad culturã opportunus. Hos tum Luſitanos, tum Braſilos non minore diligentia, quam ipſi prędia Io-

Ioſephus ſuſcepit excolendos: eandemque curam, diligentiamque in ea excolenda vinea Vincentiani Patres cõtinuarũt: nec culturæ fructus, quæ Dei Bonitas eſt, reſpondet malignè. Ex multis, quæ inde Ioſephus animarum lucra retulit, vnum admiratione dignum, & cuius haud facilè ſimile reperias exemplum, non præteribo, ex quo diuinæ Bonitati laudes reddantur, quæ admiranda planè ratione Ethnicum hominem ad ſuæ prædeſtinationis finem adduxit. Obibat Ioſephus de more ſuam hanc prouinciam, cum à comitib⁹ digreſſus ſolus in ſyluas penitus intrauit, nullo certo cõſilio nulla ei ſubita rei nouæ oborta cogitatione, ſed quaſi alterius manu duceretur in ſenem incidit Braſilum, humi abiectum, atque arbori applicitum. Is Patrem ad ſe adeuntem his vocibus cõpellat. Perge huc adire, iãdiu enim hîc tibi præſtolor. Quærit ex eo Pater, quinã ſit, quaque ex terra, vicoue eo venerit. Reſpondit ſenex, patriam ſuã mari

Senem ignotũ in ſylua reperit, catechizat baptizat, mortuum ſepelit.

imminere; aliàque adiecit, ex quibus Pater intellexit, ipſum neque ex Itannienſibus, neque è Vincentianis finibus; neque ex tota ora Braſiliæ, in qua verſantur Luſitani, ſed ex remotioribus terris, fortaſſe circa flumẽ argenteum, alijſue Auſtralibus partibus infra tropicum (nam Braſilico loquebatur idiomate) vel miniſterio ſuprà quàm humano eó tranſlatum, vel diuino aliquo monitore, ac duce ſuis greſſibꝰ veniſſe; ex quo labore, & ætate fractum ibi quieuiſſe, diuini promiſſi fidem expectantem. Quæſiuit rurſus Pater, quid eò veniſſet, & quid ſibi quæreret? Reſpondit, vt rectam vitam percipiam. Hoc loquẽdi modo diuinam legem, & iter ad ſalutem intelligunt Braſili. Cùm multa de eo exquiſiſſet; accurateque vitæ genus per omnes ætatis partes perſcrutatus, omnia illius facta, cogitataq; excuſſiſſet; cognouit ipſum nunquam plus vnam coniugem habuiſſe, nunquam bellum, aut arma niſi ſui defendendi cauſa ſuſcepiſſe; denique omnibus

ſub-

ſubtiliter, minutatimque perpenſis, ſtatuit apud animum ſuum Pater, hominem illum nulla vnquam lethali culpa naturæ legem violaſſe; vt veriſſimum illud eſſe credamus, quod de id genus hominibus, integerrima vitæ innocentia in infidelitate viuentibus ſacræ nos docent interpretes doctrinæ. Comperit præterea hominem naturæ bono magna præditum cognitione rerum pertinentium ad animum, æqui præſertim & iniqui: tum etiam ipſius naturæ auctoris. Et, cum multa de veræ Religionis myſteriis illi Pater exponeret, ſubiiciebat identidem; ſe intra animum ſuum ita ſenſiſſe, ſed expromere neſciſſe. Ergo ſatis inſtructum, labore, & ærumnis itinerum, ætateque confectum, quoniam ſolutio inſtabat, aqua pluuia ex carduo collecta (nulla enim alia in arenis illis ſuppetebat) baptizauit, Adamumque illi nomen dedit: qui tam diuino affectus beneficio, operante intus virtute Sacramenti, diuinæ in

ſe gratiæ ſentiens chariſmata, oculis, manibusq́ue in cœlum ſublatis, læto vultu diuinæ Bonitati primũ, tum etiam Patri gratias agit; & quaſi expetiti voti compos, cùm ſupereſſet nihil eorum, quorũ illuc cauſâ diuino ductu venerat, omni ſolutus cura, animam ſacro lauacro expiatam, in ipſo primo ſuæ regenerationis veſtigio Deo reddidit, Patre abeũte ſtatis precibus de more commendante. Corpus exanimine Pater ſacris adiunctis precibus ſabulo ſepeliuit. Illud aliquãdo fortaſſe diuina ꝓuidentia, & dies in lucẽ proferet: neque enim locũ in inuia ſylua, & arenis indagare facilè fuit. Hæc peregrè cum rediiſſet, ipſe poſtea narrauit. Nec mirũ certo, & prædeſtinato diuinæ mẽtis cõſilio ſancti viri precibus degentis illius ſalute ſoliciti, & innocentis animæ integritati datum, vt res, quæ fortuitò fieri videretur, tam certo, & nec aberranti euento eo tẽporis articulo trãſigerẽtur.

VIDETVR eodem prædeſtinato Dei conſilio & alius ad Chriſti gregem item per Ioſephum euocatus. Incidit hacne, an alia in ora incertum, in Ethnicum hominem indigenam, fœda admodum lepra maculoſum; quem cum diligenter Catechiſmo inſtruxiſſet, baptizauit: baptizatus vtraque lepra, & animi, & corporis mundatus eſt. At, cum neque quo loco, neque quo id tempore factum ſit, liqueat, quoniam cum his excurſionibus ſimilitudinem habet nonnullam, non incommodum viſum eſt hoc loco recenſere. *Senem alterum baptizãs lepra mundat.*

IN hac eadẽ Itãnienſi ora alio tempore dum iter faceret, Stephanum Riberium colonum Piratininganum tunc puerum in comitatu ſuo habuit; cumq; ex eo quæſiſſet, ecquid in caniſtro haberet eſculenti? negantem in Deo ſpem habere iuſſit; ipſum famulis ſuis eſcam præbiturum. Prædixit breui piſcem ſe reperturos in litore, ſed minime edulem, paulo poſt alterum edulem, *In itinere Itãnienſi duo illi mira eueniunt.*

quem in caniſtrum coiectum in cibum vtrique elixabit. Ita prorſus euenit: haud ita multo poſt in paruum balænæ pullum inciderunt, acceſſu maris illuc eiectum, & in ſicco deſtitutum; quo omiſſo, paulum progreſſi mugilem nacti bene grãdem in caniſtrum recundunt, itinereque continuato anum indigenam inueniunt magno aheno marinã aquam, ad ſal conficiendũ excoquẽtem; puer demiſſum piſcem cum caniſtro in ahenum in prandium decoxit. His monitis puerum ad ſpẽ in Deum defigendam erigebat. Id iam grandi ætate poſt Ioſephi mortem magno affectu pietatis ipſe Riberius narrauit.

IISDEM itineribus per Itanniã alio tempore aliud non minùs mirum contigit. Proficiſcebatur cum fratre vno comite, & Luſitano puero Damiano acoſta, cognomento Fabella; cum iam octo circiter leucas confeciſſent, petit Pater à fratre comite Breuiariũ ad horarias preces percurrendas: tum frater ſuam

ſocor-

ſocordiam reprehendens fatetur ſe illud ſancti Vincentij reliquiſſe: hoc loco Fabella ſe rediturum ad illud afferendum profitetur. Pater certus ſua in Deum fiducia, eius ſibi auxilium non defuturum, puerum redire non permiſit, compẽdio ſuæ ſpei tantum redimens incommodum. Cõfecto itinere Eccleſiam ingreſſi, perſolutaque de more pia Numinis & ſanctorum Cęlitum ſalutatione, Patrem vident ex altari breuiarium accipere, ex eoq; debitas exſoluere precationes. Quibus abſolutis, Breuiarium comiti reddidit, adiecto monito; poſthac ne ſis obliuioſus. Quod acceptum frater, agnouit illud ipſum eſſe, quod ipſe ſancti Vincentij reliquiſſet.

Solitus eſt etiam pagos alios obire in colonia Ianuarienſi, montibuſq; ad Caput frigidum pertinentibus pantheræ verſantur, atque ad vſque litora deſcendunt. Dum hæc loco ſolito cum comitatu peragraret, nocteque oppreſſi mapale ſibi de more extruxiſſent, curatiſque *Panthera.*

corporibus cæteri quieſcerent, noctis ſilentio Pater more ſuo ad agendum cum Deo è tugurio egreditur, longoque interuallo rediens racemos, ſeu corrymbos pomorum eius regionis, quas *bananas* vocant, accipit; eaſque foras proiicit, Braſilico loquens idiomate: Capite vos, ô meæ, dicebat portionẽ veſtrã. Rogatus à fratre, qui illi comes erat, cuinam bananas id noctis proieciſſet. Meis, reſpondet. illis ſociabus. Mane facto duarum pantherarũ veſtigia humo impreſſa apparent, quæ illi noctu oranti aſſederant; peractòque ſpatio orãdi ad vſque tugurium redeuntem proſequuti erant: Diuino vtique inſtinctu hominem ab omni humana labe purum, & diuino charum Numini, pro captu ſẽtientes, vt animantes aliæ adamabant. Videtur demum è Vincentiana in Spiritus ſancti coloniam trãslatus, & in vno é vicis ei Eccleſię attributo ſedem habuiſſe; nec tamen ab inſtructione Braſilorũ, eorũ vicos peragrando vnquam deſtitiſſe.

ITER cum indigenarum comitatu faciebat, vipera illis obiicitur in itinere (eſt autem huic colubrorum generi veneni virus ſuprâ quã in Europa notum ſit, teterrimum) ea conſpecta comites terrore perculſi diffugêre. Reuocat illos Pater, iubetq; viperam ad ſe venire: paret illa, eamq; apprehenſam ſedens ſibi collocat in gremio; manuq; demulcens occaſionem cepit multa de diuina potentia diſputandi, naturam nullam eſſe demonſtrans, quæ non hominis imperio obtemperet, nulla re diuinam legem violanti. Longo ſermone in hanc ſententiam abſoluto, multiſq; monitis indigenas ad Chriſtianæ legis obediẽtiam adhortatus, viperam ſua benedictione affectã placidè à ſe dimiſit. Aliam item viperam alio in itinere obuiã habuit, qua exterritus comes pedem referebat: ſed reuocatus à Patre fugam continuit. Pater viperam pede calcatam, veluti ſubſannans, vt ſe feriret, & iniurias conditori ſuo factas vlciſceretur, hortabatur.

Vipera.

Vipera altera.

tabatur. Illa collum erigens caput huc illuc flectebat innoxia. Ita ſua in Deum fiducia comiti prælucens, ad mentem in Deum defigēdam, eadem ratione, qua alteram, monito adiecto, ne cui hominum noceret abire permiſit.

VITÆ IOSEPHI ANCHIETÆ E SOCIETATE IESV.

LIBER TERTIVS.

HOC peregrinationum genere Ioſephus Anchiéta Braſilicas oras peragrādo excolebat, cum ad domum Spiritus Sancti litteris Sacerdotis eius, qui ibi præerat, ex itinere reuocatur. Ibat eadem peregrinatione cū ipſo Sacerdos alter, cui dixit eò ſe vocari, vt illi domui præeſſet; cùm

eius

eius rei nihil ne per vmbram quidem eæ litteræ continerent. Eò cum veniſſet, literæ Præſidis Prouincialis ei redduntur, quibus iubebatur ei familiæ cum adiunctis ſedibus præſidere. Suſcepto familiæ regimine, & certa illi tandem ſede conſtituta maior copia ſuppetiit omnibus illius virtutes obſeruandi: nã, cùm antea peregrinationes huc illuc hominem traherent, vix vnus, aut alter è Societate, paucique præterea indigenæ, itinerum comites aſſumpti tantarum rerum ſpectatores eſſe potuerũt. Nunc vero factus aſſiduus, vt ita dicam, inquilinus, familiam omnem, multoſq; præterea ciues eorum, quæ in ipsũ Deus contulerat, bonorum oculatos teſtes habuit. Ac primum quidẽ orandi Deum, diuinaque cogitandi aſſiduitas, quam ſemper tenuit in priuata vita, multò in eo fuit in regendi munere diſtento intentior. Nam, præter ſtata tempora ei exercitationi attributa, maximã noctis partem, quod illi toto vitæ tempore peren-

Domui Spiritus ſancti præficitur.

Orandi Deum aſſiduitas.

perenne fuit, cum Deo tranſigebat, nunc inambulando, ſemperque detractis calceis, ne ſtrepitu pedum aliorum quietem interturbaret; nūc flexis genibus, aut in templo, aut in aliquo domus receſſu. Hæc noctu & interdiu, præter quotidianum Miſſæ ſacrificium, quod offerebat ipſe, aliis quoque Sacerdotibus ſacrificātibus, nixus genibus intererat; idque illi, quādiu ſedi huic præfuit, & antea in vico alio, vbi tribus cum Sacerdotibus verſabatur, quotidianū fuit. Et quidquid ageret, ſiue magnum, ſiue paruum, in rebus omnibus, omnibuſq; temporibus Deum præſentem intuebatur. Ita enim cū hominibus agebat, vt cùm illius æquitas, humanitas, cómitas nullo loco deſideraretur, ſua tamen dicta omnia, cogitataq; è Diuinitatis pectore haurire videretur: qui, cum à rebus gerendis, atque ab hominibus ſe recepiſſet, nūquam niſi in diuinarum rerū cogitatione defixum deprehenderes. Nullus erat locus, nul-

Perpetua eius de Deo cogitatio

nullum tempus, nulla occupatio, nullum otium, quod à cogitando de Deo eius animum auerteret; vt non Dei præſentia, ſenſuque perpetuo vbique frueretur: in menſa ſæpenumero cibi oblitus, aut cum Deo loquebatur, aut ex intimo pectore ſuſpiria in Deum, tanquam hamenta iacula intorquebat. Solitus eſt id ſæpe dicere; nullam rem nos abducere à perpetua, continentique de Deo cogitatione, niſi deſidiam noſtram, quod parum prouidi ſumus: deque ſe dixit ſæpius in ſermone, nullas & alienas cogitationes impedimento ſibi eſſe ad perpetuam earum rerum meditationem, quas ſibi ad mentis ſpiritalem exercitationem proponeret. Sæpe eum domeſtici cum pro re nata ipſum adirent, in medio pauimento pronum in genua viderunt; iunctis manibus, inflammato vultu, oculis clauſis, ſubindeque diductis, atque in altum defixis, ex imo pectore ſuſpiria edentem; identidemq; nomina cruciatuũ Chriſti Domini pronũciãtẽ.

Quin

Quin etiam per noctem inter quietẽ, cùm præſertim peregrinaretur, auditus eſt, cum quadam pedũ ſupploſione eadem nomina pronũtiare. Genibus ex aſſidua orandi conſuetudine callos obduxerat, eaque longo preſſu exaſperata, diſciſſa cuti, rimas egerant. Et quando per occaſionemq́ regiminis aliis dedit facultatem ipſius virtutes maiore cura obſeruandi, cúm de orationis dono dixerimus, & dicenda adhuc alia ſuperſint, quæ reddentur locis ſuis, antequam ad eius actiones veniamus, nonnulla de vnanimi orationis ſororé, & indiſſociabili comite mortificatione dicamus; tùm ea, quæ corporis appetitiones, tum ea, quæ animi elationes, mortuſq́ue prauos refrænat. Aſper fuit in ſeipſum, ſuiq́ue corporis ſeuerus domitor: ieiunia, & flagra erant ei familiaria, ad cubitum non linteum, nõ ſtragulum vllum adhibebat; ſed cum indumentis ſomnum capiebat, quo ad orandum Deum euigilaret expeditior. Si quis aliquando è do-

Mortificatio illius & vitæ aſperitas.

meſticis

meſticis ægrotaret, poſtquã ad neceſſaria ei miniſteria aduigilârat, eo quieti tradito, nudo alicui aſſeri adcubabat, calceis, vno in alterum inſerto, capiti pro ceruicali ſuppoſitis, neq; vnquam, niſi morbo coactꝰ, lecto decubuit. Ferunt eum in Vincentiana ſede cũ ibi præeſſet, è Spiritus ſancti ſede eò translatum, in angulo domus ſpinoſorum virgultorum faſcem habuiſſe, cui caput acclinaret, corpore pauimento porrecto, cùm feſſus à nocturna precatione ſomnum repetere cogeretur. Et cum aliorum commodis prouidè, accurateque proſpiceret, ſui tamen fuit neglector egregius. Nihil omnino, quòd ad cultum attinet, penes ſe habere voluit, niſi quibus amiciebatur indumentis, iiſq; detritis, ac totius domeſticę veſtis deterrimus. Et quandiu priuatam vitam vixit, non illi ſcrinium, non arcula, non ciſta, immò verò ne pugillaria quidem nudo in cubiculo fuerunt. Ac ſi quando opus eſſent, accepta quaſi ad tempus, quandiu illi eſſent

Charitas eius ergã ægrotos.

Eius paupertas.

vſui

vſui, retinebat, poſtmodum vnde acceperat, referebat. Quæ ſcribebat, facile alijs largiebatur: ſi quid vero maioris momenti aut ad vſum, aut ad memoriam ſeruandum eſſet, id apud Præſides deponere ſolebat: quin etiam pia munuſcula, quibus Religioſi viri ſibi inter ſe gratificari ſolent, roſaria, ſacras imagines, agnos ex cera conſecratos, & id genus alia piacularia ita non habere ſtuduit; vt, ſi quando ei ab aliquo aliquid eiuſmodi offerretur, gratum dantis animum multa humanitate collaudans, gratiæ tamen remitteret; ne earum rerum cura animus ipſius teneretur. Omnino non alibi facile magis nudam paupertatem triumphantem videris: hęc enim vna virtus mortificationis maxime comitatum cohoneſtat. Huic domeſticæ inopiæ conſentaneus externus illius fuit in faciendis itineribus apparatus: nunquã .n. neq; in peregrinationibus, neque in obeundis negotijs, aut locorum mutationibus,

Eius itinera qualia fuerint.

nibus, ne tum quidem, cum ratione ſui muneris prouinciam cognoſcendi causâ obiret, equo, iumentoue alio vectus eſt, illa cauſa obtenta, ſeu vera, ſeu adumbrata, quod ad dorſi luxationem, de quo morbo dictum eſt initio, incommodum ſibi eſſe affirmaret. Sed cum calceatus viatorio nixus haſtili pedes iter iniret, frequentia loca prætergreſſus, detractis calceis, nudis pedibus iter reliquum conficiebat; tantaque celeritate feſtinabat per maris litora, per cautes, viaſque aſperas, per montes, per valles, per loca confragoſa, vt Braſili ipſi, duri alioqui homines, & victu aſperi mirarentur; eumque non feſtinare, sed volare dictitarent. Quo factum eſt, vt callis, rugiſque exaſperati tali, plantæque illi obduruerint. Sæpe accidit, vt, comitibus iter continuare iuſſis, ſolus in itinere ſubſiſteret, quo expeditiùs cum Deo loquere-tur:

Comitibus præeuntibus ſæpe iter præuertit.

tur:&, cum eum ponè reſpectantes comites oculis perquirerent, longa iã parte viæ peracta, ſibi præcucurriſſe viderent; neque quiſquam eorum præcedentem animaduertere potuiſſet. Si quando iter mari faceret, totas noctes vigilabat, ſecuri vt alij quieſcerent. Hactenus de ea, quã diximus mortificatione, quę ad corpus edomandum pertinet; cui adiũximus amicã comitem paupertatẽ.

Mortificatio interior & perpetua animi pax.

Quanta porrò animi pace ſecum ipſe frueretur, compreſſus omnibus cupiditatibus (vt ad alteram, quæ in animo eſt, mortificationis partem tandem veniamus) ex ipſa eius perpetua conſtantia, tranquillitateque poteſt intelligi. Vbicunq; eſſet quæcũq; ſe offerret occaſio, quibuſcũq; cũ hominib⁹ ageret, ſemper ei fuit idẽ vultus, eadẽ animi cõſtantia, ęquitaſq;, eadẽ lenitas orationis: quę ſigna animi bene conſtituti, & in ſe ipsũ dominatũ tenentis eſſe ſolent. Cognita eſt multis in rebus ipſi⁹ animi tranquillitas, & nullo vnquã, ne leuiſſimo quidem motu agitata

manſue-

manſuetudo. Erga eos, qui ipſum aliquando moleſtia afficerent, cauſamque præberent indignationis, comem ſe præbebat, & humanum, perinde ac ſi nihil ad ipſum illorum pertinebat importunitas; ſtudio, ſuiſq; illos Deo commendabat precibus. Et, cum quidam eũ de homine alio, qui in re graui ipſum læſerat, alloqueretur, fortaſſe vt cum iniurioſo reconciliaret; reſpondit, grauius illum in Deum peccaſſe: &, quando eum Deus tolerat, multo eſſe æquius, ſe illi Dei amore offenſionem omnem condonare.

Quidam noſtræ domus luminibus obſtruebat.

IN oppido Victoria, quod eſt in Spiritus ſancti Præfectura, ita ædificabat oppidanus, vt noſtræ domus luminibus obſtrueret. Eum cùm inhiberet Ioſephus, illeq; durius obſiſteret, paulo efficacius loquutus eſt. Poſt paulo cum ſummæ lenitatis modũ exceſiſſe ſibi viſus eſſet, dixit vni é domeſticis: ægrè mihi eſt, triſtitia hominẽ illũ affeciſſe; ſed ego illi ſatisfaciam. ſatisfactio illa fuit: qui antea nullo cum Societatis ho-

mine commercium vllum habuiſſet, aliiſque ad confeſſiones Sacerdotibus vſus eſſet, poſt illam altercationem magno cum vtriuſque animi fructu Iòſepho confeſſione vniuerſa omnem vitæ ſuæ rationem vltrò explicauit.

Eius in omnes officioſa charitas

SED neſcio an vlla virtus hominem cum Deo intimè coniunctum magis indicet, quàm charitas in omne genus hominum; eaque non in affectu tantùm abdita, ſed in externa etiam officia prolata: cum ſe talem quiſque exhibet in alios, quales eſſe eos erga ſe optaret. Quam officioſum, quam promptũ, ac beneuolum Ioſephus ſe omnibus præſtiterit, tum multa eorum, quæ narrata ſunt, & plura alia, quæ narranda ſuperſunt, luculenter oſtendunt; tum nihil magis, quam officioſa ei⁹ in ægrotos aſſiduitas: quocumq; enim in loco eſſet, ſiue cum priuatã vitam ageret, ſiue alios regendi munus ſuſtineret, vel tùm cum prouinciam totam adminiſtraret, certum erat ægrotorũ leuamentum mira cũ animi alacritate, iucunditateque

Eius in ægrotos charitas.

illorum commodis inſeruiebat; vt valetudinarij miniſter nullum ipſo certiorem, opportunioremque ad ægrotorum miniſteria haberet adiutorem. Parandis, miniſtrandiſq; cibis menſa apponenda, ſternendis lectis, decumbentes alleuando, eoſque ſtrato componendo non vllus ipſo accuratior. Tum ſi quis vigili cuſtode per noctem indigeret, valetudinarij miniſtro iuſſo quieſcere, ægroto ſtudiosè ipſe aduigilabat: tamque aſſiduus erat valetudinarij adminiſter, vt qui illum ſuarũ rerũ causà cõquirerent, hominẽ nõ ad ipſius cubiculũ, ſed certo fermè euẽtu ad valetudinariũ adirent.

EADEM officia eadem ſedulitate, ac ſtudio erga externos indigenas exercebat: illos in ſuis morbis inuiſebat, curationes, quarum ſolerti vir ingenio magnum vſum acquiſierat, adhibebat; victus rationem præſcribebat, miſſionem ſanguinis, aliaq; procurabat, quæ tẽp⁹, & morbi grauitas poſtularent. Nã in magna medẽtiũ paucitate tũ rei ne-

ceſſitas, tum pontificia indulta earum nationũ priuilegio hæc charitatis in tenues præſertim homines, & inopes etiam prudentibus, peritiſq; Sacerdotibus, amota Eccleſiaſtica cenſuræ nota, officia permittunt. Quo fit, vt egentes multi, & ope deſtituti hoc leuamento recreentur, & conualeſcant, qui alioqui interirent. Neque opera tantùm, & medendi arte, ſed precibus etiam erat de illorum commodis ſolicitus. In vico quodam Præfecturæ Spiritus ſancti ęgrotabat indigena Chriſtianus, nomine Ioſephus: eoque vſq; morbi vis proceſſerat, vt anima eum deficiente, omni ſenſu deſtitutus, pro mortuo haberetur, & iam funebri vlulatu eũ fœminæ lugerent. Accurrrit eo Sacerdos è Societate, qui curionis munus ibi exercebat, cum venas pertẽtaſſet, conſopitaque reperiſſet omnia, reliquias ad extremum adhuc ſpirantis vitæ ex cordis palpitatione perſenſit. Adhibet illi extremam vnctionem; miſitque ſtatim
ad

ad oppidum ſpiritum ſanctum, qui hæc Ioſepho nunciaret; rogarétque hominem ſibi cognominem, animam agentem Deo commendaret. Id ſe feciſſe Ioſephus reſpondit: neque eum eo morbo moriturum. AEgrotus poſtmodùm recepta valetudine in multos annos vixit; & viuebat adhuc, cúm hæc in Braſilia anno 1605. notarentur; & viuat optamus ad maiorem indies Dei gloriam, & ſpiritualium fructuum acceſſionem. Multo etiam maiore alacritate ad eorum iuuandas animas præſtò erat, vt ex eius laborioſis peregrinationibus cognouimus, cognoſcemúſque adhuc ſæpiùs. Sacras veſtes in S. Vincentij Eccleſia ad miſſæ ſacrificium induebat, cùm admonitus Braſilum hominem in extremo vitæ poſitùm poſtulare, vt ſibi aures daret poſtremæ ſuæ confeſſioni excipiendæ; poſitis veſtibus accurrit illûc: cùmque ea, quæ tempus poſtularet, ea qua par fuit charitate homini præſtitiſſet, ne definitum tempus ſacro faciendo laberetur,

Moribun[dum] hominem adiuuat. Miſſæ ſacrificium pro illo offert: ſentit ipſum obiiſſe.

tur, redit, ſacrumque ſacrificium illius offert causâ. Nondum mediam exegerat ſacrã exquutioné, cũ ſenſit in ſpiritu ægroti animã è corpore exiſſe: q̃ pio homini rei totius cõſcio, ſibi ad ſacrũ altare miniſtranti inter ſacras actiones ſtatim indicauit.

Tanta erat in eo tum humanitas, & commiſeratio; tum ardor animi & ſtudioſa, promptaque ad omne officium celeritas; vt vel non rogatus ad ea ſe porrigeret, ad quæ opera ſua prodeſſe ſe poſſe sẽtiret, vt nõ ſpirituales modò, ſed humanas alias indigẽtias miſericorditer ſubleuaret, fames quamuis frigora, & itinerum aſperitas, & omniũ ærumnarum genera eſſent ſuperanda: nihil enim tam arduum, tam aſperũ, tamque inſeparabile fuit, quod non excelſo illius animo eſſet inferius. Quod in frequẽtibus ſuis ad Barbaros, Neophytoſque erudiendos excurſionibus declarauit. Proficiſcebatur, cum adhuc priuatus geret, vno cum comite nudis vterq; pedibus aſpero itinere, & ſtagnan-

gnan-

gnantibus aquis; lutoque corrupto, cùm comitem his verbis interpellat. Hieronyme Soari frater, alij è noſtris mortem ſibi optant in hac, vel illa domo; in alio, atque alio Collegio alij, vt cuique propria eſt animi propenſio, vt officoſa fratrũ charitate circumſepti maiore animo extremum illum agonem obeãt: ego verò id aſſero, nullum mortis genus eſſe melius, quàm per obedientiam iuuandarum animarum causâ in aliqua harum lacunarum cœno, lutoque obrutum vitã relinquere. Sẽtentia veri æmulatoris atque imitatoris ſtudiorum, perfectarumq; Xauerij virtutum. Atque hæc non in ſuo receſſu, in ipſo cõtemplationis ardore, quod multis difficile non eſt, vota concipiebat; aut ſpecioſa oratione ad alios ꝑ otiũ diſputabat; ſed in medio malorum certamine, conflictationeque quod pauci non horrẽt; fatigatione fractus hoc laborum leuamẽtũm exoptabat: vt non minore animo exiſtimem, ipſum, ſi occaſio tuliſſet,

Quale mortis genus illi eſſet optatiſſimum.

cœnum, & lacunas illas ſubiturum quàm Xauerius mortem in aſpera Sinarum rupe, æſtu morbi vexatus, ſolus, ab omnibus deſertus in ſumma omnium rerum inopia excepit. Argumento ſit placida eius trāquillitas cùm flumine merſus imminentem mortem non expauit. Tā beneuolo animo, tamque molli erat, delicatoque ſenſu in alios, vt nihil ei eſſet grauius, quàm in re vel minima minus commodum ſe aliis exhibere, vel iis ipſis, qui ad miniſteria illi præſtanda adlecti eſſent: quin eorum ipſe inſeruire commodis quàm maxime ſtudebat; ita vt etiam in morbis, quibus aſſiduè cōflictabatur, ſi quando fomento aliquo, alioue miniſterio ad vrgentes dolores leniendos noctu indigeret, quamuis ſciret omnes libentiſſimis animis ſibi aduigilaturos, mallet tamen morbi grauitatem, doloreſque languendo ſuſtinere, quàm cuiuſquam quietem interturbare. Neque in fratres ſolùm, domeſticoſque hac fuit in-

Studioſè cauit, ne cui re vlla moleſtus eſſet.

indulgentia, ſed in ipſos etiam Braſilos, præſertim quos in peregrinationibus ad itinerum opportunitates comites adducebat; nam cum illi ſub dio ſuis porrecti retibus ſoliti ſint pernoctare; excitatis tuguriis, eos communi contubernio excipiebat, cubantibuſque ad ſomnum more ſuo in retibus, ipſe ſubtus ignem excitabat, alebatque (hoc enim aduerſus frigus remedio ea gens vtitur) noctis fermè reliquum, vt alias docuimus, in preces inſumebat. Egentes, viduas, atque alios ope deſtitutos modis omnibus ſubleuare nitebatur, eleemoſynis præſertim, quas eius rei cauſa homines opulenti, & eius pietatis ſtudioſi è diuerſis locis ad eum tranſmittebant. In iis præcipuus fuit Chriſtophorus Pætius, qui Pernambuci negotiatur, vir ampliſſimarũ opũ, & qui in ſuo fũdo tres habeto officinas ſaccararias: huic cũ gratias p literas Ioſeph⁹ egiſſet de eleemoſynis, quas in egentes diſtribuendas

Egentes cõquiſitis eleemoſynis iuuabat.

Chriſtophorus Pætius benignus in pauperes.

ad ſe miſiſſet, adiecit; ipſum in eo negotiationis genere accepti ſibi plus, quàm expenſi ferre oportere: ſiquidem ea verſura inopes Deum ipſi cœleſtium diuitiarum prædem darent. Quod ille cum legeret, ita permotus eſt, vt in genua procumbens ipſas literas oſcularetur, amplecteretur, pectori etiam adprimeret; ſéque in ipſo veſtigio Deo voto obligarit, ſe non modo nunquam pauperibus eleemoſynas negaturum, ſed duplo etiam maiores, quàm ad eam diem feciſſet, largiturum. Id multo etiam præſtitit, quàm promiſit copioſius: cum ante ſemel quaque hebdomada petẽtibus ſingulis ſemidenarium dare conſueſſet, ex eo tempore ſeſquidenarium dedit: quadrageſima etiã binos denarios. Cuius beneficentiæ meritũ etſi totũ ipſi⁹ dãtis eſt, aliqua tamẽ ex parte ꝑtinet etiã ad Ioſephũ.

Hæc de officioſa ipſius in alios ſedulitate ſummatim hoc loco dicta ſint. Aliorum vitia ſe præſente, aut ſermone pertractari, aut

at-

attingi non patiebatur: ſed aut ſermonẽ auertebat aliò; aut ita intererat, vt eius aures peregrinari omnes intelligerent. Ita per triſtitiam vultus error corrigebatur delinquentis. Studebat omnes ſua lenitate impertire, omnes ad concordiã adducere, omnibus eſſe leuamento. Ipſos Braſilos, ſi quando mœſti, grauatique ipſum adirent, ita ſolabatur, vt lætitiæ plenos ſe ab ipſo recedere faterentur. Harum virtutum omniũ radix, & nutrimẽtũ erat illa, quàm ſæpius in ipſo laudauimus, perpetua cum Deo coniũctio & familiaris aſſiduitas. Inde etiã ardens in diuina cauſâ laborãdi, infideleſq; ad diuinum cultũ adducẽdi ſtudiũ.

Alsorum vitia cõmemorari nõ patiebãtur.

Et ne videamur hominem cœlo tantùm, & diuinis rebus factum deſcribere, deuocemus eum de cœlo, cœleſtiũq; rerũ cogitatione, atq; ad homines, humanaq; traducamus. Fuit in rebus agẽdis vigilãs, & intẽtus; vt quãuis perpetuo cũ Deo verſaretur, nulli tamẽ rei quæ ipſius eſſet muneris, non præſto eſſet, omnibuſq;

Qualis in rebus gerendis fuerit.

ea dexteritate, ac comitate, quicquid ille ageret, ita ſatisfaceret, vt neque ad cœleſtia, neque ad humana vllo vnquam tẽpore illius præſentia, diligentiaque deſideraretur. Ita amicabiliter Martham cum Maria coniungebat, vt neque diuinarum rerum cura ipſum redderet in humanis otioſum, neque rerum adminiſtratio humanarum perpetuũ cum Deo familiaritatis curſum impediret. Neque enim ad eius laudẽ pertinere exiſtimem, ſi qua ſolertia, diligentiaque fuerit in paranda pecunia, in putandis rationibus accepti, & expenſi, in reſarcienda domo, in emendis, diſtrahendiſque rebus, aliiſq; id genus curis, quibus occupari neceſſe eſt amimos eorũ, qui familias regunt, minutatim proſequar. Qua enim ſolertia, vigilantiaque in rebus gerendis vteretur, ex his, quæ nõ modò ad ſpiritalem fructũ; ſed etiam ad commoda cuiuſq; pertinerent, quanta cura vigilauerit ſupra gregem ſuuũ licet intelligere: vt non modo ad dome-

ſticos

ſticos ac familiares, ſed etiã ad externa, & publica illius curæ, cogitationeſq; ſe porrigerẽt; cœleſtiaq; dona ad omnium opportunitates traduceret. Iam quantopere aliorũ commodorum, ſui negligens, ſtudioſus fuerit, quantaque æquitate, & comitate iis ſatisfaceret, quibuſcum aliquid tranſigeret, ſupra demonſtrauimus. Accedit, quod ita humanam in eo prouidentiam multis in rebus cum diuina videas coniunctam, vt non modo pręſens occaſionibus, ſed multis etiam periculis abſens occurrerit in tempore.

SACERDOTEM miſerat ad ægroti hominis confeſſionem audiẽdam, quod ille munus dũ obit, graue periculum incurrit: ſub ipſum tempus ſacris Ioſephus operabatur; &, vt erat de ſuis ouibus ſolicitus, vnumquemque Deo, & ſæpius, & intento affectu precibus commendãs, diuino lumine Sacerdotis periculũ cognouit, precibuſque diuina ope impetrata, diſcuſſit: redeuntemq; ad ſe Sacerdotem è tanto diſcrimine

 ſer-

ſeruatum præuertens illis Chriſti verbis excepit: *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.*

Hominem à commiſſa cæde profugum ſeruat.

Erat ipſe in ſuo cubiculo rebus intentus, cum derepentè proſiliens ianitorem inclamat: iubet illũ confeſtim, patefacta ianua, hominem à commiſſa cæde profugũ intromittere, excluſis ſequutoribus, iuſtitiæ miniſtris. Paret ille; & vix aperta ianua miſer ille pœnas fugiẽs intrò irrupit. Neque in priuata ſolũ re, & vnius hominis, ſed in publica etiam ciuitatis ſalute diuina illa, qua ex conſortio cum Deo perfundebatur, lux frugifera fuit. Eodem modo alio tempore ianitorem ad ſe accitum iubet conſcenſa turri æris Campani pulſu populũ ad arma excitare: mirantibus cunctis, & quid id eſſet ſciſcitantibus, in armis ſint, atq; vrbem cuſtodiant denunciat, poſtero die piratas fauces ſinus occupaturos; fides habita eſt prædictioni: poſtridie adſunt hoſtes magno numero, exſcenſioneque facta, cum viderent ciues

Aduentum hoſtium prædicit.

ad

ad propugnationem paratos, vrbem tentare auſi non ſunt; ſeque infecta re ad naues receperunt. Ita diuina prouidẽtia, Ioſephi precibus ciuitas eo die magno periculo perfuncta eſt.

PEREGRINABATVR ille de more, ſuæ curæ vicos obiens, & vna cum ipſo Sacerdos alter è Societate Ioannes Fernandius; cum interim vnus è domeſticis frater grauibus cœpit animi motibus agitari. Senſit id Ioſephus abſens, diuino ſpiritu edoctus, Sacerdotemque comitem alloquutus vertamus, inquit, iter, omiſſaq; peregrinatione, domum repetamus: eſt enim qui noſtra præſentia magnopere indigeat; & fratrem certum nominauit. Cum ad oppidũ veniſſent, ingreſſi domum magna omnium lætitia: magnoq; ægri illius leuamento excipiuntur. Deus, inquit ille, huc te traxit hodie: niſi aduenèras, quid me fieret, valde incertus eram. Pater, cognita cauſa ægritudinis, ſaluberrimis monitis, & plena pietatis oratione illi⁹ animũ ſedauit.

Animi ægritudinem vnius è fratribus abſens cognoſcit.

Occurrit iniurijs quorundam audacium.

Et cum alio tempore, eodem Sacerdote comite eadem in peregrinatione verſaretur, ex vno ad vicum alterum proficiſcebatur, cùm comitem alloquens: properemus; inquit, vicanis enim, & ei, qui ibi reſidet Sacerdoti non leue imminet periculum. Haud ita multo ante ad vicum peruenerant, cum turbulenti homines ſuperuenêre eo conſilio, vt vicanorum pacem infeſtarent, & vico toti magnum inferrent detrimentum: ſed Ioſephi præſentiam reueriti, maleficio abſtinuerunt. Sic perpetua cum Deo coniunctio hominem nunquam à ſuæ ſtationis cuſtodia abducebat.

Reum parricidij periculo ſubducit.

ERAT in vico alio eiuſdem Pręfecturæ homo patratæ cædis reus: ſed, ſeu, quod crimen latere poſſe exiſtimaret, ſeu quo alio errore ductus, plus nimio fortaſſe ſibi confidens, ſecurus in eo vico, ſuis intentus rebus cum ſua familia verſabatur. Erat in vico alio non longè inde Ioſephus: is, cognito diuinitus miſeri hominis periculo, de media no-

cte

ĉte miſit, qui eius vxori nuntiaret, coniugem vt moneret, in tutum ſe reciperet; ipſa ſe ad oppidum Spiritum ſanctum transferret; futurum enim, vt apparitor cum lictoribus ad maritum vinciendum eo veniat. Paruêre monito: vir ſe periculo ſubduxit; ac, ne fruſtra monitos ſe eſſe intelligerēt, mulier, dum ad oppidum ſe refert, obuiam habuit manum lictorum, qui ad rem perficiēdam incaſſum properabant. Multa alia conſultus ad aliorum vtilitatem longe poſitus vera prædixit.

Prædictiones varias rerum abſentium.

EIVSDEM Præfecturæ colonus Emmanuel Guayanns iter in Luſitaniam ſuſceperat, anniſque aliquot varia fortuna iactatus, longe à domo peregrinabatur, vt de eo certus nuncius, nullus perferretur. Mœſtæ ea de re vxori ſua mater ſuaſit, vt P. Ioſephum adiret; eique peccata ſua confiteretur; diligēterq; illius verba obſeruaret. Adit, confeſſionem obit; ſecundnm confeſſionem quærit ex ipſa Ioſephus, ecquid de viro ſuo cognouiſſet? Triſtis illa certi ſe habe-

habere nihil reſpondit: rumorem tamen eſſe, captum à piratis Gallis interiiſſe. Tum Ioſephus metum ponere iuſſit: ipſum enim viuere, ſed aduerſa multa pertuliſſe, adductum à Gallis ad Rubellam, inde elapſum grauiter apud fratrem ægrotaſſe; & iam reditum parare: non tamen rectà domum ſuam venturum; ſed oras ad alias priùs iactatũ iri, qui quam aduerſo caſu ſpoliabitur, non tamen inanis dimittetur, vt non aliquid reliquũ ipſi fiat ad reditum. Hæc omnia, vti Ioſephus prædixerat, eueniſſe ipſa mulier ſuo teſtimonio iurata confirmauit. Adiecit præterea, alio tempore eundem virum ſuum iter in Angólam feciſſe, atque in reditu, cùm Illæorum portum peteret, vi tempeſtatis abreptum, vagumque diu deſideratum eſſe; rumoremque manaſſe à Barbaris in eſcam interfectum; Ioſephum tamen ſua oratione ſolicitam, mœrentemque alleuaſſe, aſſeruiſſeque ipſum adhuc viuere; dieque Kalendarum

Ianua-

Ianuariarũ poſt meridiem domum ſuam reducem intraturum; neque ab ipſo die, neq; ab ipſa hora prędictionem aberraſſe.

Eiuſdẽ Pręfecturę Antoni⁹ Georgi⁹ in expeditionẽ aduersùs Guaitacaſies, duce Michaele Azebedio ꝓfectus erat, nec multis diebus de tota profectione perferebatur quidquam: & vt quã incertę aleæ bellum cum ea gente, quantæque ſollicitudinis, aut timoris cauſa fuerit, intelligatur, exponam breui, quod genus hominum, quæ regionis bellique natura ſit. Sunt Guaitacaſies inter Caput frigidum, & coloniam Spiritus ſancti homines non ſyluestres, ſed paluſtres, omni tamen belluarum ſylueſtrium genere propè dicam aſperiores; crocodilis, aut lutris, quam hominibus ſimiliores eſſe dixeris, in queis, præter corporis truncum, linguæ qualem qualem vſum, & barbaram feritatem humani nihil agnoſcas: non enim, vt Tapuyæ reliqui ſyluas mốteſq; inco-

Guaitacaſies quæ gens ſit.

incolunt, ſed vliginoſis in locis ſua tuguria ex paleis malè componunt. Regio paluſtris non plus quam in viginti leucas ſeſe aperit: duobus fluminibus clauduntur, pertinentq; ad maris ſinum, quem accolunt, vario aquarum concurſu nauigantibus infeſtum; vt multa in eo nauigia perierint. In hoc tantulo terræ ſpatio duæ inter ſe infenſiſſimæ gentes habitant, ſeſeque inuicem vorant, prout alterutri plus viribus poſſunt Hi cum nullo mortalium, ne è Braſiliorum quidem genere ſocietatem habent, nullius commercio, conſortiove vtuntur; non aliarum gentium pati quenquam ad ſe penetrare; non ipſis ſuis finibus, quamuis anguſtiſſimis excedere; non mediterranea pertentare: quidquid viuens aduerſa nauigatione, aut alio ſiniſtro caſu ad eos appellit, aut errore viæ intra illorum fines incurrit, ſiue humana, ſiue belluina ſint corpora, tanquam altilia vorant omnia, ſerunt tamen circa litora legumina, & mandiocæ nonnihil. Ac ſi quan-

quando à Luſitanis bello petuntur, duæ inimiciſſimæ gentes ita iunctis viribus conſpirant, vt ex infeſtis inimicis parum firma repente iungatur amicitia. Et cum ad arma veniendum eſt, tum vero paludibus, paluſtribusque locis, tanquam amphibia animalia ſe continent, vt neque pedeſtribus copiis, neque equeſtribus ad eos ſit acceſſus. Nauigationem prorſus ignorant: mari nonniſi nantes vtuntur, qua in exercitatione tantum valent, vt tuberones (ingentium piſcium nomen id eſt) nando aſſequantur, & capiant, infixiſque in eorum oculos acuminatis rudiculis, eorum dorſo inſiliant; &, iumentorum inſtar circumagendo per vndas, minores piſces in eſcam venētur. Erat principum prouinciæ his proximis annis conſiliũ omni conatu adhibito hanc ſtrumam imperij, & inſanabilem humanę ſpeciei noxã prorſus excindere, hoc enim carcinomate exſecto, expeditum terreſtre iter à Ianuarienſi ora ad Bahyam vſque; & nauigatio-

gationes legẽtes litora oportuniores, tutioreſque reddentur. Et quãuis ſæpius res tentata ſit, nunquã tamen ſerio, nec iuſto bello ſuſceptã haud mirũ eſt confici non potuiſſe.

In vnam ex iis expeditionibus, cùm ſuperioribus annis bello id genus hominum tentaretur, profectò, vti dicere inſtitueram, Antonio Georgio, eius vxor euentorum pauida ſuſpenſo angebatur animo; eam Ioſephus inuiſit, iuſſitque ſollicitudinem ponere: breui enim inde nuncios venturos; & Antonium quidẽ ipſius coniugem leui, nec periculoſo ſagittæ vulnere in ſiniſtro latere percuſſum, quod tamen extima tantùm affecerit, intus non penetrârit, iam à caſtris curationis causâ receſſiſſe, octiduoque ad Villam veterem peruenturũ; illòq; ipſo die coiux eo profectã virũ ſuũ recepit.

Pari conſolatione Vincentianæ fœminę mœrorem leuare minimè potuit: quærebatur hæc cũ Ioſepho, quo tẽpore S. Vincentij morabatur, virũ ſuũ in fines hoſtiũ plus centum

leucas

leucas profectũ, neq; ex eo tẽpore, cũ iã dudũ abiiſſet, de ipſo quidquã inaudiſſe; magno cũ ſuo, fęminæq; męrore Ioſephus reſpondit, an nondũ ipſum obiiſſe cognouiſti? Id poſtmodum ita eſſe cognitum eſt.

NON omittam quod eodem contigit in oppido Spiritu ſancto, Ioſepho ibi commorante. AEſtate tota ab ineunte Quadrageſima ad vſque finem menſis Auguſti in ea Prefectura nunquam pluerat. Suaſit Ioſephus vt eius rei cauſa per oppidum ſupplicatio inſtitueretur: & ad rem ornandã nouũ vexillum, quod colonus Vincentianus ad oppidum S. Vincẽtium deferebat in vſum Sodalitatis Miſericordiæ, quæ eſt in illo oppido, commodató acceperant. Quod ille ipſe, penes quẽ eius cura erat, in tam diuturna ſiccitate, tamque firma, vt rebãtur, ſerenitate, nihil ſuſpicãs adhuc incõmodi, libens cõmodauit. Id cùm vidiſſet expanſum Ioſephus, quaſi ſubridens prędixit: væ quam bellè habitum referetur? Erat dies ante 5. Kal. Septembres, S Auguſtino dicatus,

Pluuiam in longa ſiccitate predicit.

dicatus, ſerenitas tanta, quãtam ſex menſium ſpatium à pluuia inanium facere potuerat, nulla nubium ſuſpicione. Traducebatur ſupplicatio à templo noſtræ domus per oppidi plateas ad Eccleſiam matricem, indeq; eodem reditura erat. Quo cum veniſſent, contractæ ſubito nubes imbrem leniter primo, mox tãta copia effudêre, vt viæ aquarum torrẽtibus exundantes reditum ad noſtrã ædem impedierint. Ita & diu arens tempeſtas emollita, & terræ optato imbre lætę, hominibus ad diuinam laudandam Bonitatem hortamento fuêre. Tũ, quod in præſens populus adnotauit, ex Ioſephi prædictione vexillũ imbre madefactũ relatũ eſt.

Alia prænoſcit abſens.

ITER pedibus faciebat aliquãdo cum Ioſepho, aliiſq; comitibus Antonius Louſada colonus Ianuarienſis, cum confecto diei vnius itinere ſenſit ſibi cultellum excidiſſe, quem ipſe ob pretiũ magni faciebat. Dãni iactura permotus ſtatuit illius perquirendi cauſa totum iter denuo remetiri. Id cum ſenſiſſet Ioſephus, ne

locum

locũ ipsũ vt fieri poterat, imprudens præteriret, & repetiti itineris ſpe fruſtraretur; quã lõgè, & qua parte itineris eũ inueniret, illi indicauit. Rediit, locoque à Ioſepho deſcripto inuenit. Id ipſe Louſada, cum S. Sebaſtianum rediiſſet, cum admiratione narrauit: virum eſſe ſanctum hæcque illi à Deo indicari: non enim qui toto itinere agmini longè anteceſſiſſet, humana vi, quid homini extremi agminis contigiſſet, ſcire potuiſſe.

Hoc, alioue tempore matrona grauis, & honeſta in oppido Sanctis nauiganti Ioſepho S. Sebaſtianum quatuor cotonitis pyxides, quas ad filiũ deferret, in eius ciuitatis Collegio degenti dabat. Eſt cotonitis, ſeu cydonitis ex malis cotoneis, ſaccaro decoctis bellariorum genus ſecundis menſis grati admodũ vſus. Excuſabat Ioſephus poſſe illam ſuperùacuo officio ſuperſedere poſtero enim die filium ipſam apud ſe habituram. Rata illa ſibi verba dari, contendit eo magis à Ioſepho

illa vt deferret: acquieuit Ioſephus. Emmanel, inquit, Oliueria (is erat eius filius) noſtrum viaticum augebit. Filius poſtridie ad matris congreſſum venit, matris munuſculum in Ioſephi, comitumque vſum conceſſit, neque hic legi repetundarum locus fuit. Hæc etſi antequam domui S. Spiritus Ioſephus præeſſet, videntur cõtigiſſe, ob ſimilitudinẽ viſum eſt cum rebus huius temporis coniungere.

Prædictiones aliæ. Addam & alias quaſi ſyntagmate quodam eius prædictiones, quas ad ſua tempora reuocandi cura ſuperſedendum eſſe duxi. Eodem in oppido Sanctis Emmanuel Oliueria Gagius filiam graui morbo oppreſſam vna cũ vxore deplorabant: eam Ioſephus inuiſit, atque vtrumque parentẽ lugere prohibuit; quod illa ægritudine puella moritura nõ eſſet; ſed ad nuptias ſuo tempore peruentura: ipſi tamẽ ſe parentes pararent; vtrumque enim eorum filiæ funus præuenturum; & patrẽ quidem non diutius anno victurum;

ægro-

ægrotæ vero puellæ vini hauſtum dari, & venam ad ſanguinis emiſſionem aperiri præcepit; ſeu quod ita expediret, ſeu quod iis remediis dicis causâ adhibitis valetudinis beneficio, quod ipſe fortaſſe ſuis precibus impetrarat, velamentum quærebat; vt exiſtimaretur nullā iis artis adiumentis, non precibus melius habere cœpiſſe. Quod ipſum alias feciſſe in ægrotis aliis iam depoſitis cognoſcemus. Iis tamen remediis puella ita reſpirauit, vt tandem Dei beneficio penitus conualuerit; illaq; omnia, quæ Ioſephus prædixerat, poſtea euenêre. Porro puellæ ægrotantis mater Philippa de Mota multis annis ante alteram. Ioſephi prædictionem veram fuiſſe experta erat. Degebat ipſa in parentum domo adhuc virgo, & iā de ipſa in matrimonium cum viro honorato iungenda parentes egerant, erātq; tranſacta omnia, cum anteq̄ ſpōſalia fierēt, quo caſu ignoratur, conuēta omnia magno vtriuſ-

que parentis mœrore reſciſſa ſunt. Acceſſit ad eos ſolandos Ioſephus: nil eſſe cur id ægrè ferrent; non enim ipſorum filiam eius futurã fuiſſe, cui illam tradere cogitârãt: ſed illius virum Olyſippone venturũ; qui indumenti quod circa ſe habebit, liber dominus ſit, illo ænigmate non obſcurè innuens, Olyſipponenſem, quem ille promitteret, in ſuis numis eſſe; alterum veró in ære alieno. Atque ea fortaſſe eius diſſidij cauſa fuit, quòd cum creditoribus ille ſoluendo non eſſet, bonis ſuis exturbatus ſit. Prolem vero tãtam, tamq́ue copioſam ex Olyſipponenſi ſuſcepturam, vt lintea induſia quod cuiuſq́ue filiorum eſſet ab ipſa parente non dignoſcerentur.

MAGDALENAM Aluaram in Spiritus ſancti colonia graui morbo afflictam, à parentibus apud quos degebat adhuc propè deploratam, prædixit ex eo morbo reualituram. Reualuit, & cùm hæc in Braſilia ſcribebantur, viuebat adhuc; & poſt

& poſt Ioſephi mortem per id tempus vidua hæc ſocietatis Patribus narrauit.

ARIAE Fernando colono Ianuarienſi, Ioſepho familiari, cuius ſupra mentio facta eſt, ſuperioribus bellis ſclopeti globus in tibia inhęſerat; ei Ioſephus prædixit, in æſtuariis circa fauces Ianuarienſis ſinus globum elapſurum. Cùm aliquot poſt annis canòa circà eum locum nihil minus cogitans animi cauſâ vagaretur, decumanus à mari impetu coortus canòam magna vi in ęſtuaria impegit, eaque concuſſione commoto crure globum, aperta ſibi via ſenſit excuſſum. Quo euentu non magis ſuo commodò, quam, quod amici ſui prædictio vera fuerit, lætatus eſt.

CIRCA oppidum Spiritũ ſanctum propugnaculum extruebatur: forte illac tranſiit Ioſephus, colonos, qui in opere verſabantur, hortatus eſt, vt operis laborem forti animo ferrent; breui enim Anglos illuc appulſuros. Superuenêre non *Angli Piratæ.*

multo interiecto tempore Angli, cũ minimè expectarentur; egreſſique in terrã damni nõnihil agris intulerũt; cõcurſu tamẽ colonorũ, indigenarũq; ex vicinis illis, & oppidanorũ eruptione inanes ad ſua nauigia reiecti sũt, cũ in fuga eorũ multi arma reliquiſsẽt, nõnullis etiã occiſis.

IOANNES Fernandius Societatis Sacerdos in vico degebat coloniæ Spiritus ſancti; eum totius familiæ Præſes ad oppidum accerſerat, tantum vt ei mandata daret, & rediret; quod eodem, aut ſummũ die poſtero commodè fieri poterat. Prædixit ei Ioſephus non niſi poſt quatuor menſes rediturum: quod ita contigit, cum eius moræ cauſam, quæ ſubitò interuenit, neque ipſi Præſidi, neq; eorum alterutri in mẽtẽ venire potuerit. Videtur id extremis vitæ annis, quibus poſito regendi munere, fractus ætate, & laboribus exercitã tamẽ ſenectutẽ in ea colonia traduxit, contigiſſe.

Ægroti ſanantur. Perſequamur reliqua, quæ ad eãdẽ pertinẽt adminiſtrationẽ, diuinã in Ioſepho virtutẽ declarantia. In

vico,cui à Victoria eſt nomen,& eſt in Spiritus ſancti colonia, Luſita-na fœmina vidua Camilla Pereria tam graui dolore capitis torqueba-tur,vt prope de poteſtate mẽtis eii-ceretur: & ei iam tanquã depoſitæ extrema parabantur. Ioſephũ in eo diſcrimine Spiritu ſancto curãt ac-cerſendum, qui cùm veniſſet,ægro-tæ capiti, manu impoſita, prædicit eo morbo nequaquam morituram; promittitque ſe in diẽ poſterũ,diui-nam hoſtiã de illius incolumitate oblaturum. Poſtero die, peracto ſacrificio, redit ad ægrotã, iubet ſecuro eſſe animo. morbum quidem comitialẽ eſſe,cui malo cœlũ illud ſit ſalubre, ſed tamen ita eo libe-randam, vt non in poſterum tente-tur amplius. Vt prædixit, Dei bene-ficio prorſus euenit. Sed ego nul-lam puto cœli ſalubritatem cęleſti gratia veriorẽ Ioſephi precibus im-petrata. Sed ille huiuſmodi tegumẽ-ta curationibus ægrotorũ quærere ſolitus erat.

Morbus comitialis

FRANCISCVS Dominicus

Ianuarienſis colonus morbo occupatus ita pedum officio impediebatur, vt ne vno quidē gradu ſine furculis, alis ſuſtinendò corpori ſubiectis promouere ſe poſſet. Inuiſit aliquando Ioſephum iiſdem fulcris ſuſtentatus; iubet illū Ioſephus illa ſerperaſtra abiicere: excuſanti ſe aliter ingredi non poſſe, tradit peregrinantium haſtile, quo ipſe fortaſſe in ſuis peregrinationibus, itineribuſque vſus eſſet. Eo nixus, relictis ſuſtentaculis, pedibus æger melius habere cœpit, donec Dei beneficio omni penitùs impedimento liberatus eſt. Haſtile tamen viatoriū tanquam ſuæ prędam valetudinis ſibi retinuit. Quod etiam protulit, cùm publicè coram Adminiſtratore Eccleſiaſtico Matthęo Acoſta iuratus teſtis acceſſit.

MAGENE vico Ianuarienſis colonię bouem difficilem, & aſperum nulla vis hominum trapeto ſaccarario admonere poterat: venerat eò Ioſephus cum Sacerdote altero de Societate Vincentio Roterigio excipien-

cipiendis confeſſionibus operarũ. Is re cognita, accedit ad bubile pecudemq́ue ſua ſignat benedictione, quam ſtatim ita cicurem, miteḿque reddidit, vt ſeruulus AEthiopicus ſolus iuga ſubiecerit.

Homo Aſthmaticus.

DVM ibi moratur prope eandẽ ſaccarariam officinam adit hominẽ Balthaſar Martinius Florentia colonus Ianuarienſis, homo aſthmaticus, multis iam annis male eo morbo affectus; quærit opem aliquam à Ioſepho. Is hominem iubet de fonte, qui trapeto proximus eſt, bibere, pronunciatis ante in honorem vulnerum Chriſti Domini quinquies, *Pater noſter*, & *Aue Maria*. Paruit ille & ex eo tempore nullam paſſus eſt reſpirationis difficultatẽ.

Sanguinis profluuium.

Ioannes Soarius ciuis Piratininganus, cuius ſæpe facta mentio eſt, Spiritũ ſanctũ venit, cũ adhuc in ea ſede Ioſephus familiæ præeſſet. Ibi tãta eũ dyſẽteria cũ ſanguinisprofluuio corripuit, vt iã de illius vita cõclamatum eſſet. Crebræ fluxiones hominẽ ad egerendũ perpetuo penè

è ſtrato exilire ita cogebant, vt nullum ad quietẽ, ne modicum quidem ſpatiũ relinquerẽt. Accedebat & ſtomachi languor omne cibi genus aſpernantis; ita venarum exinanitione, & inſomnia vita ſenſim omnis exhauriebatur. Inuiſit laborantem Ioſephus, amiceque alloquutus: Fili, inquit, ne amplius alui cauſa è lecto te eiicias (ea enim nocte ꝓpè centies exiſſe aiebant) confido in Deũ, te bene habiturum; manuq; illi impoſita, ac per totũ corpus adacta diuina ope & ſanguinis ſtetêre fluxiones, & vigor ſtomachi reuiruit; cœpitq; munuſcula, quæ ad ipſum cum vini rubri lagenula Ioſephus miſerat, grato cum ſenſu deguſtare: ex eoq; tẽpore ita cœpit cõualeſcere, vt tãtũ à Deo beneficiũ per Ioſephũ ſe accepiſſe fateretur.

Puero muto loquendi facultas cõfertur.

Eſt in eadẽ Præfectura vicus aliꝰ, cui à S. Ioã. nomẽ eſt. Erat in eo puer quinquẽnis ita mutꝰ, vt ne ad vnũ ꝗdẽ verbũ linguã vnquã enodãrit, cũ interim ſẽſu auriũ integer, ꝗ ab aliis dicerẽtur, optimè ꝑciperet. Cõtigit,

vt in maga celebritate ex circũiectis locis & ex ipſo oppido Spiritu sãcto nobiles ad ludos, q dabãtur, plurimi eò cõfluerẽt. Inter cætera ludicrum quoque fuit, non raro in eiuſmodi conuentibus vſitatum. Anſer viuens è tranſuerso fune ſuſpenſus pedibus, demiſſo collo, medio in ſtadio pendebat. Certamen erat, quis ex omnibus, incitato equo, ex curſu manu caput auis apprehenſum auelleret. In eo certamine orta lis eſt duos inter equites, vtri eorum anſer eſſet adiudicandus, cum ſibi deberi contenderet vterque. Erat tum forte Ioſephus in eodem vico; communi cõſilio cõtrouerſiam omnem ſtatuunt ad eius arbitrium deferri. Ille mutum puerum ad ſe vocatum iubet prounnciare, cuius anſer eſſe debeat. Suſpenſi omnium animi, quo tandem id euaderet, cùm res ambigua ex pueri, & muti iudicio pẽderet, expectabãt; cũ mutus puer ad Ioſephi iuſſum ruptis linguę vinculis expedite pronũciauit, Meus eſt: proinde mihi dã dus, quem ad matrẽ ferã. Exhilarauit

omnium animos tum pueri feſtiuitas, & inexſpectatus exitus iudicij, tum multo magis rei nouitas, & diuinum beneficium puero collatum. Ita ſumma omnium lætitia controuerſia ſedata, & loquendi facultate & adiudicato anſere auctus puer domum rediit. Neque fere quidquam iis ludis populi maiore voluptate ſpectatum eſt. Enimueró ꝙ in aliis vim doloris linguæ impedimentum perrupiſſe legimus, ad Ioſephi vota diuinam Bonitatem id puero præſtitiſſe credendum eſt.

Infans ægrotus ſanatur.

ET quoniám id in puero contigit, addam & alterum, quod item in puero habuit admirationem. Ioanni Baptiſtæ Mallio, qui in oppido Sanctis moratur, infans erat menſes natus vndecim, hic graui, ignotoq; morbo ita languebat, vt biduũ totũ ne lac quidem ſuxerit: opem petiit à Ioſephi precibus parẽs. Is vetat hominem eſſe ſolicitum; puerũ beatæ Virgini à Conceptione, cuius templũ Itanniæ colebatur, iubet cõmẽdari, ab ipſa haud dubiè ſalutẽ

filium

filium conſequuturum. Quod ille cùm feciſſet, illo ipſo die infans mãnis os admouit, breuiq; poſtea cõualuit. Quod idem à puriſſima Dei Matre Ioſephi precibus impetratum infantis pater agnouit.

MANARAT de Ióſepho in vulgus fama, ipſum ſolitum, cum iter faceret, porrecto brachio auiculas accerſere, iubereque ſibi digito inſiſtere, ac Deum laudare, aueſq; illi obtemperare ſolitas, & cum diu cecinissent, quaſi ipſarum penſo perſoluto, eas verbis illis dimittere. Quando ſat Deum laudaſti, abi cum pace. Idem feciſſe & arundines cum in domo Spirit⁹ ſancti è feneſtra ſui cubiculi foras proſpectaret. Hæc, aliaq; dum in Præfectura Spiritus ſãcti Societati IESV præfuit, à Patribus, fratribuſque in ipſo fere obſeruata ſunt. *Aues illi obediũt.*

PRAEFVIT poſtmodum domui S. Vincentij: quo tempore non his abſimilia narrant contigiſſe. Turtures domi alebantur; hæ menſæ Ioſepho ſemel extra tempus aſſidente, *Præeſt domui S. Vincẽtij. Aues illi obediunt.*

per triclinij pauimentum micas in eſcam ſectabãtur:quas cum triclinij miniſtri abegiſſent, Ioſephus redire iuſſit,& cibum ſibi quæritare.Eæ, tãquam imperium percepiſſent, ſtatim obtemperârunt.

REFEREBAT Gaſpar Samperesſius Societatis Sacerdos, cum ipſum de harum rerum fama,quę ad ſe permanaſſet, compellaret, huncſecum ſermonem habuiſſe. Dicam, inquit Gaſpar,quod res eſt.Iter mari faciebam; forte marinus paſſer circũ nauim volitabat, brachium porrexi, paſſer aduolans conſedit,puta, vt ſi extentæ haſtæ,aut antennæ inſiderit. Ita, dum excuſatione nititur rem totam eleuare,confirmauit magis:rem enim candida ſimplicitate patefecit, quæ latebat.Dicunt etiam, ſubiecit, me miracula facere & orantem à ſolo ſublatum eſſe viſum. Hæc quemadmodum excuſarit,Samperesſius ipſe,qui hæc referebat,fatebatur è memoria ſibi excidiſſe. Sed vel ex hoc licet intelligere,ea & frequẽtia fuiſſe, & in oculis, & in ore omnium verſari ſolita.

SED

SED alia adhuc maiora contigêre, admirabilem ipſius in Deum fiduciã proteſtantia. Defecerãt prorſus cibaria omnia domi; admonetur Ioſephus tempeſtiue à triclinij, cellæque penariæ miniſtro, annonæ nihil eſſe domi in cibum eo die, præter mala medica nonnulla, & farinam militarem, quam etiam mandiocam vulgo nominant: ea ex certæ plãtę radice pinſitur, ex qua panis vtcumq; conficitur, & cruda etiã panis loco in cibum mãditur. Quæ, quoniã firma, & diuturnæ eſt integritatis, eius multus vſus eſt in bello, ob eamq; rem farinam bellicam ſeu militarem dicunt. Hoc nobili ferculo Vincentiana familia fuit ea die ſuſtentanda. Iubet Ioſephus, cum hora venerit, ſignum dari ad ſe vnumquenque de more colligendum, ſuæque conſcientiæ rationes expendendas, quod horæ quadrante ante prandium in Societate IESV vbiq; eſt quotidianũ. Ipſe interim ſua ſpe certus ad inexhauſtũ immẽſæ potentiæ penu pertẽtandum

Deficiente domi annona cibaria ſubmittuntur in tempore.

tandum totum ſe confert; interuallo deinde quadrantis horæ redit idem miniſter, renouataque domeſticæ inopiæ memoria, cõſulit, quid facto opus ſit. Iubet iterum Ioſephus ſignum dari, ac menſam iniri. Datur ſignum, cõueniunt; ſtatas preces præmittunt, menſæ aſſident; vix dum religioſa lectio de more inſtituitur, cum fores pulſantur; eo ſe confert ianitor: ciſta epularum plena adhuc ex coquina recentium illi offertur, à Ioſepho Adorno nobili Ienuenſi, cuius ſupra mentio facta eſt, eleemoſyna miſſa, quibus in ſingula capita diſtributis, abunde ſuppeditauit omnibus in prandiũ. Quæ res maiore affectu ad agendas Deo grates omnium animos excitauit.

Non ignotum eſt, & ſuperioribus temporibus alijs ſanctorum virorum familiis in ſumma eorũ omnium inopia, aut Angelorum miniſterio, aut piorum virorum commiſeratione abundè diuinam prouidẽtiam eſcas ex inſperato ſuppeditaſſe: & proximè primis Societatis tẽ-

poribus

poribus in Hiſpania, haud multis annis antequam hæc Ioſepho contigerunt, ſubitis eiuſmodi neceſsitatibus eadem diuina benignitate ſubuentum eſſe. Anno ab ortu Dei hominis quinquageſimo ſecundo ſupra milleſimum & quingenteſimum Societatis 13. oriens tum primùm Salmanticenſe Collegium in tantam rerum omnium difficultatem deuenit, vt nihil omnino ad victum domi eſſet, & crumena penitus exhauſta. Matutina communi familiæ ſupplicatione iuſſu Præſidis omnibus indicitur, vt præſentem diuinæ Bonitati neceſsitatem commendarent. Expleto precationis tempore ſubitò ad ianuam pecuniæ tantùm eſt allatum, quantùm ad egeſtatem ſubleuandam ſatis fuit. Anno inde eius ſæculi quinquageſimo quarto, Societatis decimo quinto, Franciſco Borgia in Hiſpania Commiſſarij munere Societatem regente, Hiſpali neque alimenta in penu, neque in arca pecunia vlla erat; & fortè illo ipſo die Sacerdotes è Societate ex
itinere

itinere ad eos diuerterant: aduentāte hora cibi capiendi, adit Collegij Rector Borgiam difficultatis non ignarum. Quid ſit agēdum, incertus, Borgia coniecta ſubito in Deum mente, hærere tantiſper viſus eſt, moxq; cōuerſus ad Rectorē: Veſtram, inquit, cum tempus eſt, campanulā pulſate; & in Deo ſpē reponite. Datur ſignū, Socij conueniūt ad mensā, cū ſubito ad ianuam præſto eſt puer ab Iſabella Galindia inclytæ nobilitatis, & eximiæ pietatis fœmina cum fiſcina epularum plena, quæ toti familiæ abundè & in eſcā etiā pauperū ſuperfuêre. Neque Hiſpali tantùm, ſed & Septimaneæ, & Valliſoleti, cum domi nihil eſſet, vnde fames leuaretur, & Socij menſæ iam accumberent, in ipſo temporis articulo, incertum à quibus copioſa prādia ſubmiſſa; iis, qui ea tulerant, beneficorum amicorum prodere nomina recuſantibus.

VERVM hæc in ipſa prima Societatis ætate, ac plane pueritia, familiis nondum certo vectigali conſti-

tutis

tutis, domibus omni apparatu inanibus, incenſis omniũ animis amore incommoda præſertim paupertatis patiendi, & quibus rerum inopia eſſet in deliciis, non mirum eſt eueniſſe. At in familia iam haud paucis annis fundata, & idoneo dotata vectigali Præſidem in tanta egeſtate ſedere otioſum poſſit aliquis mirari, & hominis prouidẽtiam deſiderare. Sed qui ſuperiore lumine, quã humana prudentia regitur, eſt iure optimo hac hominum cẽſura eximendus: non ille temerè certam de diuina prouidentia fiduciam cõceperat; qua duce certiore via, quam humanæ induſtriæ ratione ad exitus cõſiliorũ peruenitur. Quæ cauſa tã ſubitæ fuerit penuriæ aſſequi cõiectura quis contendat? non tamẽ illũ, quod ſui muneris eſſet, neglexiſſe credendum eſt, neque vias illi ad omnẽ expediẽdam difficultatẽ defuiſſe: ſed noluiſſe humano cõſilio impedire, quod in diuino lumine diuina prouidẽtia cernebat expeditũ iri. Et fortaſſe hui⁹ inopię exẽplo dig-

dignum iudicauit ſeneſcentem ſenſim noſtram in Deum fiduciam renouare. Voluit certè Deus torporē noſtrum, ſi minùs ad hæc miracula, ad viam ſaltem, qua ille ad tam excelſum virtutum gradum aſcendiſſet, capeſſendam excitare: nempe ad amorem in Deum, perpetuamque de Deo cogitationem.

Oleum in magna charitate domi nunquam defecit.

LABORATVR tota S. Vincentij Præfectura olei inopia. Patres Vincentiani cadum vnum olei domi habebant, è quo ad domeſticos vſus, & ad perpetuum alendum lumen ante ſanctam Euchariſtiam duabus in Eccleſijs Vincentiana, & Piratiningana, quæ eidem tum Præſidi parebant, & ad eleemoſynam indigentium hauriebatur: cumque oleum in dies minueretur, exiguoque, ac tenui fonticulo diſtillaret, quod in huiuſmodi inopia fieri ſolet, ſub fulta ſæpiùs poſteriore vaſis parte, liquidoque in anteriorem acclinatam coacto, oleum tamē cœpit guttatim defluere. Denique eo ventum eſt, vt ne vna quidem gutta extillaret.

ret. Autonius Riberius è Societate rater, cellæ cuſtodiæ prępoſitus Ioſephum admonet, cadum non modò exhauſtum; ſed iam planè exſiccatũ poſſe inde ad vſum alium transferri. Vetuit Ioſephus, iuſsitque ad domeſticas omnes opportunitates, & ad inopum egeſtatem eodem vti confugio; Deum patrem eſſe miſerationum, facturum, vt intra ipſum vas oleum non deficiat. Paruit ille monito, & vt arens fonticulus in ſumma ęſtatis ſiccitate, quanuis tenuiter labens noctu deficiat, redeũte tamen die rurſus extillat; ſic expletà præſenti neceſsitate, vas fluxum retinebat quaſi omni liquore exhauſtum, noua oblata necęſsitate, rurſus tenuiter fluere, donec præſens leuaretur inopia, incipiebat. Biennio propè toto, quo regio inopia laborauit olei, cadus, quantum ab eo poſtulatum eſt, etſi tenui riuulo, tantũ fideliter reddidit; ita vt miraculi fama percrebuerit, oleum in Patrum domo Ioſephi precibus nunquam deficere.

In

IN ſumma igitur inopia Eraſmorum nauis (negotiatores Belgæ hi ſunt ampla in iis locis negotia habentes) in portum inuecta, olei dolium eleemoſyma miſſũ Patribus detulit; quo in penariam cellam illato, vt illius viduæ ab Eliſæo edoctæ, deficientibus vaſis; modica viduæ mẽſura, ita olei fonticulus ſtatim exaruit. Et id quoque magna cũ omnium admiratione, & Dei laude in vulgus emanauit. Iam quãta cura diuinitus admonitus ad eas ſubleuandas neceſſitates in ſede Spiritus ſancti accurrerit in tempore non ita multo ante expoſuimus.

Duorum fratrum incommodis occurrit in tempore.

GRAVIOR adhuc causa è domo S. Vincentij ad domum alteram ſuæ ditionis attraxit. Fratrem quẽdam eius loci Præſes iuſſerat ſe cubiculo continere; neq; inde iniuſſu ſuo efferre pedẽ. Huius rei Ioſephus diuina inſpiratione factus cõſcius, accurrit ad miſeri caſum ſubleuãdum. Ita homo imbecillis, & male affectus, ſolus, nudis pedibus iter leucarum quindecim ante meridiẽ confe-

confecit. Domum intrat, adit mœſti hominis cubiculum, apertoq; oſtio, iubet miſerum exire, & ſibi prãdiũ parare in triclinio. Sumpto cibo cùm Præſide colloquutus, vtrũq; opportunis monitis inſtructum, inter ſe reconciliauit. Domeſticis ſalutatis, ſuaque benedictione confirmatis, amicis etiã externis, qui ipsũ adierant, officioſè dimiſſis, eodem die, vnde venerat, redijt; cùm ne ibi quidem illo die ipſum deſiderari quiſquã animaduertiſſet. Commiſſæ ſibi charitas ouiculæ hominẽ tantum incõmodum adire iuſſit: quod fortaſſe non tam cõmodè ei malo alterius manu medicina admoueri poſſet; multùm enim intereſt, dum in tumore eſt animus, cuius auctoritate, beneuolentiaq; ſubleuemur.

FRATER alius è Societate prædia Societatis curabat. Erat ea loci natura, vt nonniſi maritimo itinere illuc adire, indeque redire liceret. Hunc ſiue loci ſolitudo, ſiue quid aliud illi⁹ animũ inceſſerat, ęgridines variæ, triſteſq. curę ſolicitũ habebaut,

bant; neque erat, qui mœſtum animum leuaret, nec quicum ille ſuæ ægritudinis cauſas conferret. Tertium iam diem miſer illo angore tenebatur, cùm domo egreſſus ambulans in agro videt non longè Ioſephum cum viatoria virga ſolum ad ſe adeuntem. Occurrit lætus, hominem venerabundus ſalutat, aduentum gratulatur. Tua vnius cauſa, inquit Ioſephus, hic adſum. Ille expoſitis omnibus, quæ ſe ſolicitum haberent, in prudenti, charitatiſque plena Patris oratione acquieſcens, pijs eiuſdem monitis confirmatus ſe recepit. Neque qua ratione eò ſe Ioſephus contulerit, aut inde in ſuam ſedem redierit, ne cogitatione quidem aſſequi potuit. Nec mirum eundem Spiritum, qui hæc illi nota faciebat, vt ex itinere AEthiopici Eunuchi Philippum Diaconū reſtituit in Azotum, ita hunc, vnde eum aſportârat, in eundem locum retuliſſe. Licet in his rebus diuina in homine dona cum veneratione admirari; charitatem vero erga ſuos, curam,

ram, vigilantiamque in eorum præuertendis lapſibus, afflictis erigendis, mœſtis conſolandis beneuolentiam, & erga omnes comitatem poſſunt omnes, ij præſertim, qui aliorum curæ præſunt, imitari.

Sed pergamus ea, quæ de ipſo referũtur, dũ Vincẽtianæ domui præfuit enarrare. Teſtatur Stephan⁹ Riberi⁹ ciuis Piratininganus, eodẽ die diuerſos homines & S. Vincent. & Piratiningæ cũ Ioſepho collocutos de ſuis rebus tranſegiſſe, cum inter oppidum vtrumque tanta interiaceat diſtantia, quantam ſæpius cõmemorauimus. Alia huius generis aliis temporibus contigiſſe ſuis locis oſtendemus: attexam tantùm, ꝙ huius loci proprium eſt. Proficiſcebatur cum Sacerdote altero Vincentio Roterigio, quem perſæpe comitem in ſuis peregrinationibus habere conſueuit, Piratiningam. In medio itinere, imminente nocte, hoſpitio ſibi tugurium de more extruunt. Eadem via aduerſo itinere Piratininga Sanctum Vincentium

Eodem die duobus diſtantibus in locis agit cum hominibus vtriuſq; loci

Quidam ne arborum ruina opprimatur, cauet.

Luſitani aliqui petebant: nondum ad eum locum, quem Patres ſibi delegerant, venerunt, cùm citra ſemi leucæ ſpatium, & ipſi ſibi tuguriũ ad pernoctandum excitârunt. Miſit ad eos Ioſephus vnum ex indigenis comitibus, qui iis denunciaret, ne illo in hoſpitio pernoctarent; ſed ad Patrum hoſpitium ſe conferrẽt; ne arborum, quæ proceriſſimæ tugurio imminerent, ruina opprimerentur. Mirati illi vnde ſe eo veniſſe reſciſſet Pater, fidem tamẽ habuerunt monitis non dubij quin, qui illorum iter, & commemorationem noſſet, futuræ quoque calamitatis euentum præuideret. Itaque, eodẽ Puero duce, ad Patrum hoſpitium proceſsêre: quos ea conditione Ioſephus intra cõtuberniũm admiſit, vt ante apud Roterigium confeſſione peccata expiarent: quin etiã vnũ ex iis, qui id neglexerat, & vna cum cæteris ſe inſinuabat, redire iuſſit, vt confiteretur, adiecitque quaſi admiſſo loco: nemo inconfeſſus infortunium, quod vobiſ-
cum

eum trahebatis, huc inferat, ne vna vobiſcum eadem calamitate inuoluamur. Ea nocte ingens ventorum rabies magnam excitauit tempeſtatem; mane vtrique ſuum iter tenuerunt. Patres, vbi ad locum, quem Piratiningani pridie delegerant, venerunt, proſtratas magnas arbores, & tugurium oppreſſum, obtritumque gratias agentes diuinæ Bonitati perſpexerunt.

Ad Miſſa ſacrũ Miſſale ſeptẽ leucarum itinere ſemihora affert.

ALIO tempore iter idem cum eodem Roterigio, aliiſque Societatis Sacerdotibus Piratiningam habebat: cum ſeptem leucas emenſi eſſent, monteſque Piratininganos iam conſcenderent, ad locũ venêre ſacro Miſſæ faciendæ deſtinatum; & cum reliquus adeſſet apparatus, ſentiunt Miſſalem codicem deeſſe; & feſtus erat dies. Suſcipit negotium Ioſephus illum S. Vincentio accerſendi: poſt ſemihoram adeſt cum Miſſali ſub axilla inde deſumptum; cum tamen neque ipſe S. Vincentij viſus eſſet, neque vbi ipſe, quem tulerat, [illegible]

deſideratus. Ergo aut ſpiritu Domini obtectus illuc Ioſephus delatus eſt, & breui illo interuallo in ſuum comitatum reſtitutus; aut Angeli ei manu liber allatus, quemadmodum ſupra in breuiario factum eſſe cognouimus comitibus nihil ſentientibus. Sed vt hæc noua non erant in Ioſepho, ita ſermo de re poſtea nullus habitus. Iter deinde perſequuti Piratiningam tandem, conſcenſo monte, tenuerunt. Hæc vtrũ illo familiam regente facta ſint, an antè, cum priuatus illic degeret, mihi in obſcuro eſt: ſunt enim quæ ſuſpicionem moueant in vtramque partem. Præſagit tamen animus, tũ hæc, tum illa quæ ſequuntur, hoc potius tempore eueniſſe, quo non minus iucundè, quàm admirabiliter puerile furtum detexit. Quod vt planè intelligatur, ac ne in parũ noto nomine impingamus, eſt aliquantùm non longa, & nec multũ aliena egreſſione de curſu narrationis excedendum.

Inter peregrina poma, quæ ex alienis

lienis terris ſuperiora ſæcula in Italiam primum, indeque in occiduas oras aſportàrunt, omnium nobiliſſima, ac præſtantiſſima ſunt, quibus ab acore in Italia eſt nomen. Eorum tria genera præcipuè familiam ducunt: mala Medica, limonia, & citrea. Medica, quorum eſt maxima copia, & vſus frequentiſſimus, aurei coloris ſunt magnitudine & forma malis cotoneis ſimilia: aurancia in Hetruria nominantur; & hoc nomen omnium maxime nobilitatũ: vt feſtiuo etiam colori nomen acceſſerit; cortex ab interiore pomo facile auellitur, qui ex melle decoctus grati admodum ſaporis eſt, alias inutilis, carne admodum tenui, & gratiſſimi, ſucci alias acidi, alias dulcis vuæ inſtar grauida. Citreis, ac limoniis color idem, flauus vergens ad albedinem. Sed limonia ouali forma: cortice, carneque non multùm ab aurianciis diſſimilia, ſed cortex non auellitur; longe etiam nobiliore ſapore, odoreque citrea forma multo maiore, rotundioreq;

Poma quæ ab acore nominantur.

Mala Medica, limonia, & citrea.

Aurancia.

Citrea.

cortex, extimus is, non vt limoniis æquus, & læuis, ſed aliquantò calloſior, & tuberculis, quaſi verrucis nõnihil inæqualis: verum vt limoniis corpus vna cum cortice grato admodum ſapore totum edule. Aurãciorum, limoniorumq; magna copia; citrea rariora, neque vbiq; æque proueniunt. His odor non modo ab auranciis, & limoniis diſſimilis, ſed etiam ita gratus, ac nobilis, vt ea tãtum cauſa integra ſeruentur, vt cubicula grato odore redoleant. Intus à cognatorum natura diſſimilia, peponibus ſimiliora; caro etiam peponũ carne ſolidiore ab extimo cortice ad intimum ſibi ſimilis, nullo putamine. Et vt pepones anguſtum cõtinendo ſemini in media aluo ſinũ apperiunt, ita citrea ſuccũ omnium pretioſiſſimum cum ſemine concipiunt, aluntque; qui conditus ex ſaccaro antidotum eſt aduerſus peſtilentes morbos efficaciſſimum. Ad hæc tria genera, ſiue illa regionum natura diſcreuit, ſiue agricolarum ſolertia naturam mutauit, miſ-

miſcuitq; alia tria genera referuntur. Limonia Hiſpanica vnum genus nominat Italia, poncilia Hiſpania: à citreis nonniſi menſura diſſimilia, ſunt enim fere duplo maiore, ſed breuiore longitudine, humani pene inſtar capitis, colore etiam paulo triſtiore. Cæterum vix à citreis diſtare noueris; eſtque eorum copia anguſtior, vſque eo difficiles educatu arbores ſunt, & pomorum moles minuit fœcunditatem. Sunt & alia mala media inter aurancia, & limonia; Adami poma vulgo nominant: edulia tota, vt limonia; magnitudinè, & figura auranciis ſimilia, cæteris rebus eſſe dixeris limonia, ſed ſucco ſine acido ſuauiore; etſi non in omni cœlo ſuauia proueniunt: nam in pleriſq; Italiæ locis quæ naſcuntur, guſtatui aduerſantur. Omnium ſuauiſſimi, & ſcitiſſimi ſaporis, quas limas vocant Hiſpanicas, Adameis pomis non parum minora: & niſi ſucci præſtent bonitate, cætera ſimilia; & horum quoq; rara copia. Hæ omnes arbo-

Poncilia ſeu limonia Hiſpanica.

Adami poma.

Lima Hiſpanica.

arbores è Luſitania in Braſiliã trãſlatæ felici proñentu propagantur. Hæc eo explicanda duxi curioſius, quod, quib: in locis frigorum aſperitas has plantas adoleſcere non ſinit (neque enim ne in Italiæ quidem regionibus omnibus hæ notæ arbores) peregrinum, & ignotum nomẽ iis, quæ ſubiiciuntur, obſcuritatem offunderet: quis enim cui hæc nota non ſint, limas dari puero zeniorum loco cum audierit, nõ ſtruthiocameli concipiat naturam? Dũ Piratiningæ Ioſephus moraretur, aſſidebat aliquando vna cũ Vincẽtio Roterigio in ſchola puerorum: iubet vnum de pueris è patrum viridario ſex limas ex arbore decerptas ad ſe afferre, quas fortaſſe pueris è propoſito certamine victoribꝰ præmio daret. Paret puer lubens; & aſtutulus ſex alias ſibi legit, quas certũ in locum abdidit. vnde cõmodè, dimiſſa ſchola, eas repeteret: ſex priores, vt iuſſus erat, Patri detulit. Non fefellit Ioſephum puerile furtũ; accerſitoque puero altero, vbi furti-

Puerile furtum detegit.

furtiuæ limæ abditæ eſſent; indicauit, eaſque ad ſe afferri iuſſit: quas cum attuliſſet, iubet eum, qui furtum fecerat ad ſe acciri; eique ſex priores limas dat. Cape, inquit, haſce, neque poſt hac furtim ſurripere quidquam adſueſcas. Miſer ille, pudore affectus, fletu & lacrymis ſuá ingenuitatem tutatus eſt. Peccauerat, ſed puerile peccatum puerili ſatisfactione compēſatum eſt. Multa alia, vt in toto eius vitæ decurſu licet animaduertere, diuino Spiritu cognouit.

Piratiningam occurrit ad duos diſſidentes recōciliandos.

Per idem tempus, quo Vincentianæ præfuit familiæ, ſenſit Domino inſpirante graui periculo occurrendum eſſe Piratiningæ; maturatoque opus eſſe. Itaque puero vno comite ex indigenis alumnis, dedit ſe in viam, & cùm per forum oppidi tranſiret, viderunt feſtinantem Georgius Ferreria, quatuorque, quinqueue alij ciues, qui in circulo colloquebantur. Quærūt quo tanta cū feſtinatione cōtēdat? Piratiningā reſpondet, ad cōpeſcēdū diabolum,

qui vinculis emiſſus, furens duos inter viros primarios bacchatur, eos acerbis inter ſe odiis ſuccendens. Quærit iterum Georgius, ecquem rei nuncium, ſeu cuiuſpiam ſermone, ſeu literis acceperit? cum abnuiſſet, iterque ſuum perſequeretur, intellexerunt, id illi, Deo manifeſtante, indicatũ. Cognitum eſt poſtea duabus circiter ante Solis occaſum horis, eo perueniſſe, & eos, quos inter diſſidium illud exarſiſſet, diuina ope, per Ioſephum poteſtate Tartarea compreſſa, ad concordiam rediiſſe. Nec minus mirũ fuit, hominem imbecillo corpore, nec ſatis firma valetudine, cum tenera ætate adoleſcentulo tantum iter tam breui tempore cõficere potuiſſe, quam periculi grauitatem tã longe poſitum cognouiſſe. Sed cuius virtute prius, potuit etiam & alterum noua nulla admiratione. Maius adhuc periculum, & , vt videtur item Piratiningæ depulit, cum duorum conſtitutam cædem prohibuit. Sed id oportuniore loco mox videbimus.

EO-

EODEM in oppido S. Vincentio in re leui prædictionem tamen veram euẽtus declarauit. Vnus è procuratoribus Eraſmorum, quos ſæpe commemorauimus, qui ſaccarario opificio præerat, vini dolium pene iam exhauſtum domi habebat, neq; anno toto eius mercis nauis vlla venerat. Querebatur homo Belga cum Ioſepho hanc inopiam, vitam ſibi defuturam, deficiente vino, nouum fortaſſe ab ipſo in vino miraculum expectans; quod ante in oleo contigiſſe euulgatum erat. Blande hanc querimoniam Ioſephus accepit, hominemque ſecuro eſſe iuſſit animo: nõdum, inquit, præteriit ſacra. S. Franciſci dies, & erat pridie eius diei. Ecce tibi feſto S. Frãciſci die nauis onuſta vino, ad ipſũ miſſa procuratorẽ magna cũ omniũ admiratione, qui ei ſermoni interfuerunt, portum intrat. Quis hîc audiet diuinam ſuo iudicio prouidentiam metiri? tantine fuit operarium hominem in metu rei le-

Homini vino indigenti innuit die poſtero ei allatum iri.

uiſſimæ ſpe diuini promiſſi confirmari, vt diuino Spiritu mens hominis cum Deo perpetuo coniuncta propterea fuerit illuſtrāda? an, quod illius commiſeratione commotus, vt illo exemplo ad ſpem in Deũ defigendam erigeret, Ioſephus eam prænotionem à Deo impetrauit? an, quod ex illa admiratione boni aliquid ad eos permanauit, qui rē totam obſeruarunt? ſæpe enim accidit vt cognita inſignis alicuius viri ſanctimonia homines ad meliora vitæ conſilia conuertat. Magni refert, quo affectu, quaue reuerētia ſanctorum virorum verba, monitaque accipiantur.

Occulta, etiam quæ latent in animis cognoſcit.

Mirum eſt, quanto diuinitus occulta cognoſcendi dono præditus fuerit: vt non quæ fierent modo, ſed etiam quæ intra animum ſuum agitarent, tanquam in tabula depicta perſpiceret. Graui mentis æſtu angebantur quidam, neque adhuc animi ſui perturbationem cuiquam detexerat; commodum fit illi obuiam Ioſephus, & his tantum verbis

bis vſ⁹; Apage, Apage iſta, quæ ad rē non pertinent: ſuaque benedictione imperitum hominem ita tranquillauit, ſerenatoque reddidit animo, vt ſi nulla vnquam triſtis cogitatio illius animum ſubijſſet. Ita fere nihil eum fallebat, ne eorum quidem quæ vel remotis arbitris à quopiam gerebantur, eratque id ita omnium cognitione euulgatum, vt multi vererentur in ea eſſe familia, cui ille præeſſet. Teſtimonium poſt eius mortem de ipſo dixit vnus è domeſticis: ſibi quædam à Ioſepho eſſe patefacta, quę inter ipſum, domeſticoſque interceſſerant, quæ non niſi diuino lumine ſcire potuiſſet. Quæ res efficiebat, vt ponerent omnes corda ſua ſuper vias ſuas, multoque attentius vitarent offenſiones, cum ſcirent nihil domi geri, quod Præſidis effugeret cognitionem. Qua tamen ille cognitione non niſi ad eorum, quorum intererat, vtilitatem vtebatur; vel vt eorum commodis proſpiceret, vel vt eos errati admo-

neret, aut conſcientiam ipſorum tranquillaret.

Feſſo cuidam fratri dari iubet ientaculum cum opſonio.

FRATER è familia multa affe-ctus ad vires recreandas à miniſtro cellæ penariæ ientaculum, & ad panem opſonij aliquid petierat; negauit id ſe poſſe iniuſſu Præſidis cellarius, cum moueri domi nihil poſſet præter ordinem, quin id Præſes, vel nullo referente, reſciſceret. Acquieuit æger æquo animo: vixdum ille diſceſſerat, cùm adit ipſe cellarium Ioſephus, monetque fratri, illi dare quod petierat; valde enim eo leuamento indigere.

Puero cõfitenti peccatum aperit, quod celarat.

DE ſe in ſuo teſtimonio teſtatur alius extra familiam, ſe, cum puer eſſet, Patriq; Ioſepho confiteretur, ab ipſo certi peccati admonitum, quod puerili metu ſciens prætererat, ſtatuiſſeque ex ea, quæ de ipſo paſſim habebatur opinione, id Patrem diuina reuelatione cognouiſſe propterea à Deo venia petita, integrè confeſſum eſſe.

DIXI de ijs, quæ terrori eſſent: addã nonnihil de iis, quæ ad leuãdũ

animum

animum pertinent. Sacerdos è Societate Ioſepho confiteri ſolitus, ſacrificaturus, eum confeſſionis causâ adibat; iubet illum Ioſephus ſecuro eſſe animo, & ſacrificium offerre. Cum inſtaret Sacerdos, eſſe, quæ cõfeſſione indigerent; iubet iterũ Pater bono eſſe animo, & peccati genus prodens, nullam penes ipſum eſſe culpam, quin potius multũ ipſi ad meritum acceſſiſſe, declarauit; cũ tamen res eſſet eiuſmodi, vt niſi diuinitus edoctus, & genus ipſũ noſſe, & iudicium de merito ferre non potuiſſet. Sacerdotẽ alterũ, antequã verbũ proferret, ab ſe dimiſit, nullã eius rei, quæ conſcientiã vrgeret, apud ipſum affirmãs culpã reſidere.

Conſcientiam ſe adeuntium confeſſionis cauſa videt.

ATTEXAM huic loco graue, publicumq; quod Ioſepho vita functo teſtimonium dedit rogatus Ioannes Soarius ciuis Piratinninganus; ſe ante annos circiter triginta quinque P. Ioſephũ Anchietã in ora Braſiliæ noſſe cœpiſſe, eiq; populos circa poſitos obeũti ſæpius comitẽ fuiſſe; ſeque illius prope lacte, hali-

tuque

tuque educatum, ipſum ſemper, tanquam virum ſanctum veneratum eſſe; & cum factus iam grandior ſæpius certo conſilio patrandi aliquid contra ius, faſque vt iniurias, rixas, aliaque id genus, quibus diuina lex violaretur, iter ſuſcepiſſet; neque eius rei vllus eſſet conſcius, in Ioſephum incidiſſe, qui, tanquam ipſius animi arcana introſpiceret, paterno amore ſe ab ea mente amoueret. Caue, fili, inquiens, eo tendas, quo cœpiſti: caue iſtud animo retineas, quod concepiſti, muta mentem, alioqui puniet te Deus; ita eius monitionum vi ſententiam mutaſſe. Adiecit præterea hominem multa familiaritate ſibi coniunctiſſimum, propriam coniugem, quod ab ipſo receſſiſſet (ſubita, vt videtur, muliebrique indignatione, magis, quam grauioris culpæ ſuſpicione) interficere decreuiſſe, & alterum præterea, à quo iniuriam profectam eſſe ſuſpicaretur; ad hoc patrandum facinus, ſe amici precibus, & contentione victum vna cum ipſo conſpiraſſe

Duas à decreta cæde duorum reuocat.

raſſe: & cum remotis arbitris, nullo conſcio, hæc maxime agerent inter ſe, ſuperueniſſe Ioſephum, grauiq; oratione vtrumque ab eo conſilio deterruiſſe; ſe tam inexpectata re perculſos, atque admiratione defixos, qua ratione tam occultum conſilium ad eum permanaſſet, victos momentis rationum, quid responderent, non habuiſſe, non tamē à praua illa mente deſtitiſſe. Ioſephum iterum maiore contentione rem adortum, & quà rationibus, quà minis diuinæ vltionis vſque eò diſputando proceſſiſſe, vt victus alter manus dederit, promiſeritq; ſe vxorem in gratiam recepturum, remq; totam Ioſephi arbitrio permiſſurū. Ita Deo bene iuuāte, & duę immeritę cædes prohibitæ, & duo coniuges reconciliati ſumma concordia & cum diuino cultu vitam deinde duxerunt, Ita cœleſtem ſuam, perpetuamque cum Deo conſuetudinem, ad ſuorum vtilitatem traducebat.

PORRO inter multas, variaſq;

regen-

regendę familiæ occupationes, non omiſit, curam infideles ad Chriſti gregem conuocandi, tum per eos, quos regebat; tum ipſe quoque, cum vacabat, præſens adiens. Sunt intra Braſiliæ mediterranea, vti ſupra demonſtrauimus, aliæ, atque aliæ nationeſne dicam, an ſylueſtrium hominum greges? In iis Tapuyarũ naturam, ſeu potius naturæ noxas ſupra oſtendimus. Tapuyis, ſi vagam vitam, inconſtanteſque mores ſpectes, non admodum abſimiles ſunt Maramoſij; immo vero paſſim Tapuyarum numero cenſentur: homines item, aſperi & vagi, nullo cultu nullis artibus, nulla certa ſede: nulla iis altilia, apparatus ad victum nullus; cibus, quem in diem ſagittis ſibi parant. Syluas habitant, rupeſque, pertinentque eorum citimi fines ad colonias quà S. Vincentij, quà Spiritus ſancti. Hi tamen quam cæteri Tapuyæ minus feri; interlucétque in iis inter altam barbariẽ nonnulla naturæ lumina: nã & Luſitanorum amant couſuetudinem, amicitiam

Mara moſii.

[illegible]cretæ

tiam colunt, & vno fere coniugio contenti viuunt; humaneq; carnis eſu abſtinẽt: quin hac vna pręcipuè virtute Braſilis cęteris ſe præferunt, quod ne ſuorũ quidem hoſtiũ, quos occidunt, carne veſcuntur. Hos ad Chriſtum adducere Ioſephus iam tum ex eo rempore contendit, cum adhuc in Vincentiana ſede priuatus degeret: nunc autem, ipſo familiam regente, eorum non magna manus, relictis montibus, & ſolitudine, ſe ad frequentia receperunt, & circa aream Biritiocam in Vincentianis finibus cõſedere. Ad eos amice, humaniterq; excipiendos, & ſedes, agroſq; iis aſſignandos coloniæ Præfectus ſe contulit; vnaque cum illo venit etiam Ioſephus, adiuncto ſibi comite Emmanuele Viega, Societatis item. Sacerdotes mãſit inter eos Ioſephus cum Viega dies quindecim; quo tempore, dum res inter eos componit, Eccleſiam ordinat, vitæ ciuilis pro captu gentis rationem præſcribit, aliaque ad communem ſocietatem ſeruandã conſtituit.

Maramoſios ſtudet ad Chriſtum adducere.

tuit, vt erat eiuſmodi induſtriæ multum vſum adeptus; ipſorum linguæ Dictionarium & artem Grammaticam ordinare aggreſſus eſt, vſus ad id opera ſeruæ mulieris ex ea gẽte, quæ communem linguam in ſeruitute didicerat: nam ſermone illi vtuntur, à communi Braſilorũ dialecto, qui maris oram accolunt, non parum diuerſo; & qui non ſine labore ab alijs intelligatur. Sed reuocatus Ioſephus ad regimen ſuorum, inchoatum opus, & recentem Neophytorum curam Viegæ perſequẽdam tradere neceſſe habuit. Viegas porro rem totam ita ſtrenue ſuſcepit, tantaque cura, ſollicitudineque nouas Eccleſiæ plantas excolere inſtituit, vt nulla res alia quieſcere videretur. Neque his contentus, qui primi venerunt, alios per ſyluas, cãpos, montes, eorum adiens latibula, non minore ſtudio, quam ipſi feras venabatur: contendebat eos in cœtum cogere, ac tantiſper ſaltem continere, dum vna multos Chriſtianæ fidei rudimentis imbueret: illo-

Viegæ ſtudium in Maramoſiis ad Chriſtum adducẽdis.

illorum paruos filios parentum voluntate ſecum adducebat; vt cum pueris alijs Neophytis educatis, & communem Braſilicam linguam edoctis, poſtea ad ipſorum parentes, gentileſque interpretibus vteretur. Quo in opere multos labores exſudauit, multaſq; difficultates exſorpſit, multorum reprehenſiones, irriſioneſque deuorauit, ipſum fruſtra laborare dictitantium, operamque certam, atque vtilem ab ijs, qui in manibus eſſent ad eos, quos nullis vinculis tenere poſſis, auertere; præſentiaque, & certa lucra animarum omittere, incerta, & fugacia conſectari; gentem eſſe leuem, vagam, inconſtantem, ſocietatis inimicam. nõ vna vnquam certa in ſede, non vno in conſilio perſiſtere: ſed repentina quaque oborta cupidine, cum conſilio ſedes etiam & fidem commutare, & omnem ſuſceptæ vitæ rationem ſubito impetu peruertere. Sed amor Chriſti, & ſaluandarum ſtudium animarum ſuperabat omnia. Interim, dum minus
ſe

ſe præbent ad audita contumaces, ſi fructum nullũ alium, illũ certe nõ leuẽ percepit, quod infãtes aliquos, adultoſque ſub ipſum mortis articulum baptizatos præmiſit ad cœlũ. Credere eſt ipsorũ preces ad diuinã miſericordiam ſuæ genti propitiandam non parum valuiſſe; vt dura ſenſim ingenia, quæ nondum prorſus ſe dabant, miteſcerent, & ad diuinos concipiendos inſtinctus ſe compararent: & cum ſubinde noui greges ad priores ſe adiungerẽt, viciſsimque amore veteris conſuetudinis ad vſitatas ſolitudines ſe referent, rurſuſque ad nouũ vitæ genus Viegæ inuitatu, contentioneque redirent, poſt multos tandem exhauſtos labores, multamque gentis toleratam inconſtantiam, pertinaci tandem charitate expreſſit, vt eorũ multi greges in Vincẽtianis finibus conſiderent. Locum ſibi legere in campeſtribus Piratiningæ vicoſq; ſibi & tuguria extruxerũt: obſtinata deinde perſeuerãtia, nunquã in illis

Maramoſiorum greges ſe cõferunt ad Chriſtianos.

quæ-

quæritandis, ad fidemque, & ſocietatem cohortandis fatigatus, aliquot annorum interuallo greges alios in Ianuarienſes fines non longe â vico S. Barnaba deduxit: & nunc eo vitæ genere contenti, terram colunt, ſementes faciunt, & laborum ſuorum fructu victitant; eademq; cura, diligentiaq; qua indigenę reliqui Chriſtiana pietate excolũtur. Ergo Viegas tot annis cũ illis verſatus, eorum linguæ facultatẽ nactus, Catechiſmum, reliquaſque inſtitutiones è cõmuni lingua in eam trãſtulit. Dictionarium valde copioſũ, vnaque cum Ioſepho eius linguæ Grammaticã abſoluit. Petrus Goueanus frater è Societate, natione Germanus, vir ad peregrina percipiẽda idiomata magno ingenio pręditus, multa cum ipſorũ vtilitate illis inſtituẽdis, regẽdiſq; præeſt. Hęc etſi Viegæ labores omnia peperere, initium tamen, & progreſſionum bona pars ad Ioſephum referenda ſunt: ſiquidem ſtudio, inſtitutioneque eius omnia ſuſcepta, promotaque

Et ad Chriſtianorum inſtitutionem.

motaque ſunt; ad eoſq; ſubinde inuiſendos, promouendoſque ipſe ſe referebat.

Hominē, qui ſine Baptiſmo obierat, rediuiuum baptizat.

DVN in ſede S. Vincentij degeret (ſeu familiæ Pręſes, ſeu in priuata vita, non explico) res contigit ſummæ admirationis, & rari admodum exempli. In oppido Sanctis homo Braſilus nomine Didacus, iampridē Chriſtiana Religione ſuſcepta, & inter Chriſtianos, tanquam Chriſtianus diu verſatus in domo Luſitani ciuis diem ſuum obierat; diuq; cadauer exanime iacuerat: & cum maturum viſum eſt, illud regionis more funebri adſuta veſte obuoluerat, foueaque ad ſepulturam aperta iam erat, dum his rebus omnibus paratis, duarum circitêr horarum interuallo materfamilias Gratia Rotegia videt illud commoueri. Accedit prōpta magno animo, vt quid id ſit, cognoſcat: eam is qui antea cadauer fuerat, rogat, ſe illo funebri amictu diſſuat; iubet illa diſſui, eiq; aſſidet, vt, quo res progreſſura ſit, obſeruet. Is rurſus Dominam rogat,

P. Io-

P.Ioſephum Anchietam accerſi iubeat. Negat illa Patrem in oppido eſſe, ſed duabus inde leucis in oppido S.Vincentio. Subiicit Didacus, ipſum iam in oppidum Sanctos veniſſe; ſéque cum ipſo ad riuulum vſque qui proximus eſt oppido, iter feciſſe, inde ab ipſo iuſſum eſſe ipſi præcedere: à quo digreſſum, domũ rediiſſe, & quod exuerat, iterum corpus induiſſe. Misêre ſtatim ad Societatis domum, qui hæc Didaci nomine, in vitam reſtituti Ioſepho nunciarent, quem, cum veniſſet ſtatim rediuiuus interrogauit, an ſecũ ferret ſacrarum Reliquiarũ thecã, quam ſibi oſtendiſſet in itinere? eam cum protuliſſet moribundus lætatus eſt, tum de ſuæ animæ ſalute ſermonem ingreſſus, narrauit illi, ſe ſeiunctum à corpore in vitam æternã egreſſum, monitum eſſe non recto itinere in ea loca veniſſe, quod per Baptiſmi oſtium Eccleſiam non intraſſet. Idque ille fatebatur eſſe verum, neq; vnquam antea errorem ſuum agnouiſſe, memorem tu-

tuque educatum, ipſum ſemper, tãquam virum ſanctum veneratum eſſe; & cum factus iam grandior ſæpius certo conſilio patrandi aliquid contra ius, faſque vt iniurias, rixas, aliaque id genus, quibus diuina lex violaretur, iter ſuſcepiſſet; neque eius rei vllus eſſet conſcius, in Ioſephum incidiſſe, qui, tanquam ipſius animi arcana introſpiceret, paterno amore ſe ab ea mente amoueret. Caue, fili, inquiens, eo tendas, quo cœpiſti: caue iſtud animo retineas, quod concepiſti, muta mentem, alioqui puniet te Deus; ita eius monitionum vi ſententiam mutaſſe. Adiecit præterea hominem multa familiaritate ſibi coniunctiſſimum, propriam coniugem, quod ab ipſo receſſiſſet (ſubita, vt videtur, muliebrique indignatione, magis, quam grauioris culpæ ſuſpicione) interficere decreuiſſe, & alterum præterea, à quo iniuriam profectam eſſe ſuſpicaretur; ad hoc patrandum facinus, ſe amici precibus, & contentione victum vna cum ipſo conſpiraſſe

Duas à decreta cæde duorum reuocat.

raſſe: & cum remotis arbitris, nullo conſcio; hæc maxime agerent inter ſe, ſuperueniſſe Ioſephum, grauiq; oratione vtrumque ab eo conſilio deterruiſſe; ſe tam iuexpectata re perculſos, atque admiratione defixos, qua ratione tam occultum conſilium ad eum permanaſſet, victos momentis rationum, quid reſponponderent, non habuiſſe, non tamē à praua illa mente deſtitiſſe. Ioſephum iterum maiore contentione rem adortum, & quà rationibus, quà minis diuinæ vltionis vſque eò diſputando proceſſiſſe, vt victus alter manus dederit, promiſeritq; ſe vxorem in gratiam recepturum, remq; totam Ioſephi arbitrio permiſſurū. Ita Deo bene iuuāte, & duę immeritę cædes prohibitæ, & duo coniuges reconciliati ſumma concordia: & cum diuino cultu vitam deinde duxerunt, Ita cœleſtem ſuam, perpetuamque cum Deo conſuetudinem, ad ſuorum vtilitatem traducebat.

PORRO inter multas, variaſq; regen-

regendę familiæ occupationes, non omiſit, curam infideles ad Chriſti gregem conuocandi, tum per eos, quos regebat; tum ipſe quoque, cum vacabat, præſens adiens. Sunt intra Braſiliæ mediterranea, vti ſupra demonſtrauimus, aliæ, atque aliæ nationesne dicam, an ſylueſtrium hominum greges? In iis Tapuyarũ naturam, ſeu potius naturæ noxas ſupra oſtendimus. Tapuyis, ſi vagam vitam, inconſtanteſque mores ſpectes, non admodum abſimiles ſunt Maramoſij; immo vero paſſim Tapuyarum numero cenſentur: homines item, aſperi & vagi, nullo cultu nullis artibus, nulla certa ſede: nulla iis altilia, apparatus ad victum nullus; cibus, quem in diem ſagittis ſibi parant. Syluas habitant, rupeſque, pertinentque eorum citimi fines ad colonias quà S. Vincentij, quà Spiritus ſancti. Hi tamen quam cæteri Tapuyæ minus feri; interlucẽtque in iis inter altam barbariẽ nonnulla naturæ lumina: nã & Luſitanorum amant couſuetudinem, amici-

Mara moſii.

ecretæ

tiam

tiam colunt, & vno fere coniugio contenti viuunt; humaneq; carnis eſu abſtinẽt: quin hac vna pręcipuè virtute Braſilis cęteris ſe præferunt, quod ne ſuorũ quidem hoſtiũ, quos occidunt, carne veſcuntur. Hos ad Chriſtum adducere Ioſephus iam tum ex eo tempore contendit, cum adhuc in Vincentiana ſede priuatus degeret: nunc autem, ipſo familiam regente, eorum non magna manus, relictis montibus, & ſolitudine, ſe ad frequentia receperunt, & circa aream Biritiocam in Vincentianis finibus cõſedere. Ad eos amice, humaniterq; excipiendos, & ſedes, agroſq; iis aſſignandos coloniæ Præfectus ſe contulit, vnaque cum illo venit etiam Ioſephus, adiuncto ſibi comite Emmanuele Viega, Societatis item. Sacerdotes mãſit inter eos Ioſephus cum Viega dies quindecim; quo tempore, dum res inter eos componit, Eccleſiam ordinat, vitæ ciuilis pro captu gentis rationem præſcribit, aliaque ad communem ſocietatem ſeruandã conſtituit.

Maramoſios ſtudet ad Chriſtum adducere.

tuit, vt erat eiuſmodi induſtrię multum vſum adeptus; ipſorum linguæ Dictionarium & artem Grammaticam ordinare aggreſſus eſt, vſus ad id opera ſeruæ mulieris ex ea gẽte, quę communem linguam in ſeruitute didicerat: nam ſermone illi vtuntur, à communi Braſilorũ dialecto, qui maris oram accolunt, non parum diuerſo; & qui non ſine labore ab alijs intelligatur. Sed reuocatus Ioſephus ad regimen ſuorum, inchoatum opus, & recentem Neophytorum curam Viegæ perſequẽdam tradere neceſſe habuit. Viegas porro rem totam ita ſtrenue ſuſcepit, tantaque cura, ſollicitudineque nouas Eccleſiæ plantas excolere inſtituit, vt nulla res alia quieſcere videretur. Neque his contentus, qui primi venerunt, alios per ſyluas, cãpos, montes, eorum adiens latibula, non minore ſtudio, quam ipſi feras venabatur: contendebat eos in cœtum cogere, ac tantiſper ſaltem continere, dum vna multos Chriſtianæ fidei rudimentis imbueret: illo-

Viegæ ſtudium in Maramoſiis ad Chriſtum adducẽdis.

illorum paruos filios parentum vo-
luntate ſecum adducebat ; vt cum
pueris alijs Neophytis educatis, &
communem Braſilicam linguam e-
doctis, poſtea ad ipſorum parentes,
gentileſque interpretibus vteretur.
Quo in opere multos labores exſu-
dauit, multaſq; difficultates exſor-
pſit, multorum reprehenſiones, irri-
ſioneſque deuorauit, ipſum fruſtra
laborare dictitantium, operamque
certam, atque vtilem ab ijs, qui in
manibus eſſent ad eos, quos nullis
vinculis tenere poſſis, auertere;
præſentiaque, & certa lucra anima-
rum omittere, incerta, & fugacia
conſectari; gentem eſſe leuem, va-
gam, inconſtantem, ſocietatis ini-
micam. nõ vna vnquam certa in ſe-
de, non vno in conſilio perſiſtere:
ſed repentina quaque oborta cupi-
dine, cum conſilio ſedes etiam & fi-
dem commutare, & omnem ſuſcep-
tæ vitæ rationem ſubito impetu
peruertere. Sed amor Chriſti, & ſal-
uandarum ſtudium animarum ſu-
perabat omnia. Interim, dum minus
ſe

ſe præbent ad audita contumaces, ſi fructum nullũ alium, illũ certe nõ leuẽ percepit, quod infãtes aliquos, adultoſque ſub ipſum mortis articulum baptizatos præmiſit ad cœlũ. Credere eſt ipsorũ preces ad diuinã miſericordiam ſuæ genti propitiandam non parum valuiſſe; vt dura ſenſim ingenia, quæ nondum prorſus ſe dabant, miteſcerent, & ad diuinos concipiendos inſtinctus ſe compararent: & cum ſubinde noui greges ad priores ſe adiungerẽt, viciſsimque amore veteris conſuetudinis ad vſitatas ſolitudines ſe referent, rurſuſque ad nouũ vitæ genus Viegæ inuitatu, contentioneque redirent, poſt multos tandem exhauſtos labores, multamque gentis toleratam inconſtantiam, pertinaci tandem charitate expreſſit, vt eorũ multi greges in Vincẽtianis finibus conſiderent. Locum ſibi legere in campeſtribus Piratiningæ vicoſq; ſibi & tuguria extruxerũt: obſtinata deinde perſeuerãtia, nunquã in illis

Maramoſiorum greges ſe cõferunt ad Chriſtianos.

quæ-

quærïtandis, ad fidemque, & ſocietatem cohortandis fatigatus, aliquot annorum interuallo greges alios in Ianuarienſes fines non longe â vico S. Barnaba deduxit: & nunc eo vitæ genere contenti, terram colunt, ſementes faciunt, & laborum ſuorum fructu victitant; eademq; cura, diligentiaq; qua indigenę reliqui Chriſtiana pietate excolũtur. Ergo Viegas tot annis cũ illis verſatus, eorum linguæ facultatẽ nactus, Catechiſmum, reliquaſque inſtitutiones è cõmuni lingua in eam trãſtulit. Dictionarium valde copioſũ, vnaque cum Ioſepho eius linguæ Grammaticã abſoluit. Petrus Goueanus frater è Societate, natione Germanus, vir ad peregrina percipiẽda idiomata magno ingenio prędítus, multa cum ipſorũ vtilitate illis inſtituẽdis, regẽdiſq; præeſt. Hęc etſi Viegæ labores omnia peperere, initium tamen, & progreſſionum bona pars ad Ioſephum referenda ſunt: ſiquidem ſtudio, inſtitutioneque eius omnia ſuſcepta, promotaque

& ad Chriſtianorum inſtitutionem.

P.Ioſephum Anchietam accerſi iubeat. Negat illa Patrem in oppido eſſe, ſed duabus inde leucis in oppido S.Vincentio. Subiicit Didacus, ipſum iam in oppidum Sanctos veniſſe; séque cum ipſo ad riuulum vſque qui proximus eſt oppido, iter feciſſe, inde ab ipſo iuſſum eſſe ipſi præcedere: à quo digreſſum, domũ rediiſſe, & quod exuerat, iterum corpus induiſſe. Misêre ſtatim ad Societatis domum, qui hæc Didaci nomine, in vitam reſtituti Ioſepho nunciarent, quem, cum veniſſet ſtatim rediuiuus interrogauit, an ſecũ ferret ſacrarum Reliquiarũ thecã, quam ſibi oſtendiſſet in itinere? eam cum protuliſſet moribundus lætatus eſt, tum de ſuæ animæ ſalute ſermonem ingreſſus, narrauit illi, ſe ſeiunctum à corpore in vitam æternã egreſſum, monitum eſſe non recto itinere in ea loca veniſſe, quod per Baptiſmi oſtium Eccleſiam non intraſſet. Idque ille fatebatur eſſe verum, neq; vnquam antea errorem ſuum agnouiſſe, memorem tamen

tum homines albos (ſic enim appellant Europæos) cum in patriam ſuam veniſſent, Chriſtianamq; doctrinam populares ſuos docuiſſent, Didacũ ſibi nomẽ indidiſſe: ex eo tempore ratum ſe perfectum Chriſtianum factum eſſe, nullam aliam curam niſi præceptorum ſeruandorum ſuſcepiſſe: ab ea inſcitia, & imprudentia, nunquam ſibi in mentem veniſſe Baptiſmum eſſe ſuſcipiendum; proinde Ioſephum rogauit, ſe quamprimum ſacro Baptiſmate in Eccleſiam induceret; ſe enim illuc, vnde regreſſus eſſet, properare. Tum Ioſephus hominem, etſi Chriſtianæ legis non rudem, accurate tamen̄ ſumma fidei capita, illi in memoriam redigens, quantum extremi temporis patiebantur anguſtiæ, inſtructum magno cum animi ſui fructu, multis cum lacrymis baptizauit, teſtatus ſe, ſi nullo alio fructu, hoc certe, quod vnam hanc animam in cœlum præmiſerit, ſuum in Braſiliam aduentum, laboreſque omnes ante ſuſceptos præclare impenſos eſſe exiſtimare. Baptizatus

Didacus, abeũdi venia à matrefamilias petita, eã rogauit, vt vilia, quibus vſus eſſet, indumenta, egẽti alicui daret, curaretq; duo Miſſæ ſacrificia offerẽda, vt ſaltẽ ille Deo cultus ſuo nomine adhiberetur, ſibiq; in præſens sãctificatã in Eccleſia ardentẽ cãdelã in manũ traderet. Inde cõuerſus ad Ioſephũ, rogauit ſibi vt adeſſet, donec animã in Domini manus, cuius ipſa eſſet, emitteret. Quarum omnium petitionum cõpos factꝰ Ioſepho, aliiſq; præſentibus, ac piis precibꝰ abeſitẽ adiuuãtibus, ſpiritũ Deo reddidit. Hæc ipſa Gratia Roterigię corã Eccleſiaſtico oppidi vicario rata teſtis depoſuit. Laudãda diuina Bonitas, cuius miſerationes sũt ſuper omnia opera eius. Et ſane diuinę miſeratio exceſſus fuit, & qui omnem ſuperet admirationem, hominẽ ſine Baptiſmo è vita egreſſum æternis ſuppliciis ſubduci, eiuſque ſpiritum certum adire ſacerdotem venire ad oppidũ cum ipſo, ſanctas, quas ille ſecum ferret ſanctorum virorũ reliquias venerari, eiuſdẽq;

Sacerdotis præcepto obtemperare, relictum corpus repetere, recepto Baptiſmi compotem fieri; ac deniq; militanti Eccleſiæ membrum annexum, momento in triumphantem transferri. Admirandum, euidenſq, diuinæ prædeſtinationis argumentum, vt in duobus exactæ iam ætatis ſenibus, à Ioſepho edoctis, baptizatisque vidimus, & in multis in ipſo mortis articulo luſtrali Baptiſmi aqua purificatis animaduertimus.

Leuatur regendi munere.

PERFVNCTVS regendi munere Ioſephus hæſit aliquamdiu in Vincentiana ſede: ſed variæ occaſiones, ſeu Præſidum iuſſa modo huc, modo illuc hominem trahebãt. Venit aliquando ad dilectum ſibi Maramoſiorum gregem, qui circa Biritiocam conſederant; de quibus videtur præcipua cura ſolicitus fuiſſe, biduoque apud eos commoratus eſt: quo tempore petiit ab hoſpite, qui arcem tenebat, vt ſe noctu ex arce mitteret, cupere ſe noctem illam in Oratorio B. Virginis iuxta arcem ſito tranſigere. Libenter arcis

cis præfectus ei permiſit, ipſeq; vna cum Alfonſo Gonzalo genero ſuo hominem eo deduxerunt, inde ſe in arcem receperunt, facem, qua ad nocturnum lumen vſi eſſent, referentes, Ioſepho ibi nocturnis in tenebris relicto. Intempeſta nocte, cunctis quieſcentibus, vna Gonzali couiux vigilabat. Hæc admirabili viſo permota, maritum ad eandem rem ſpectandam magno ſtudio à ſommo excitat. Proſpectant ambo per feneſtram; ſacellum vident admirabili ſplendore circunfuſum: ſplendor è tegulis, valuis, culmine, faſtigio, totaque porticu emicabat: concentum præterea admirabili ſono vocum non admodum lõge audiebant. Quę res magna in eos in admirationem, ac propè extaſim abripuit. Voluit Gonzalus ex arce excendere, vt quid id eſſet, cognoſceret; ratus, quoniam harmoniam ſibi à longe exaudire videbatur, nauem aliquam id noctis in portũ inuehi. Verũ cum deſcendere cœpiſſet, capillus ei præ horrore

Noctu in ſacello ipſo orãte, ſplendor effulget, cantus audiuntur.

obriguit; ſenſuque ſe quaſi inuiſibili manu retineri. Itaque eo ſpectaculo vna cum cōiuge diu potiti, mira ambo dulcedine perfuſi ſunt, cuius etiam memoriæ iucūdo ſenſu in multos poſtea dies recreabātur. Poſtero die, cum diluxiſſet, domeſticos, reliquoſq; arcis vicinos, ſeruitiaq; percunctati, an aliquid luminis eorum aliquis in Oratoriū per noctem intuliſſet, comperiunt nihil quidquam horum factum eſſe. Ipſum denique Ioſephū interrogant, vnde tantum lumen ea nocte è ſacello effulſiſſet. Is initio contemptim tergiuerſari, rem totam diſſimulando obſcurare: ſed cum perſpecta, & probata veritate teneretur graui conteſtatione, pro ea, quā ſpiritali Patri obedientiā deberēt, illis præcepit, ne quandiu viuerent, cuin vllo mortalium ea de re verbum vllum facerent. Aliud nihil ex eius ſermone expreſſerunt; quod illi pro ea reuerētia, qua Patrem proſequebantur, ſanctè ſeruarunt do-

nec

nec illo vita functo anno ſalutis milleſimo ſexcenteſimo tertio. 5. Non. Octobres Gonzalus in vrbe S. Sebaſtiano ad ſinum Iauuarienſem à Vicario generali eius ciuitatis proferre iuſſus eſt, ſiquid memoria dignum de Ioſepho ſciret, iuratus totam eius rei ſeriem narrauit, adiecitq; ſe Muſicam illam, harmoniam, ſplendoremq; cœleſtem fuiſſe pro certo habere; tum ex eo quo perfuſus eſt horrore, iucunditateque, tum ex vi, qua ſe impediri ſenſit, quo minus ad rem explorandam proficiſceretur. Nec dubium, quin ad Ioſephi contemplationem totum ſe illud miraculum effuderit: nempe ad has ſpirituales epulas ſe vocari, atque hæc cœleſtia ſibi conuiuia parari ſentiebat, cum ab hominum ſocietate ſeiunctus noctem illam traducere peroptauit, Et quidem ſplendorem inter eius preces effulſiſſe nouum non fuit: nam cum S. Vincentij familiam regeret adiretque eum, vt fit,

Splendor inter e-ius preces fulget.

cum literis, aut nunciis ianitor, deprehenderetque orantem, ſæpe accidit, vt ingenti è cubiculo ſplendore emicante, percelleretur. Sed per idem tempus, dum à regendi munere vacaret, anno 1576. Sancto Vincentio Piratiningam venit. Eam ſedem tum ſenex regebat Societatis Sacerdos Adamus Gonzalus. Hic quodam die circa auroram, cum intẽtis in cœlum oculis è ſpecula domus oraret, agmen per cœlum ambulantium proſpexit: quinam eſſent corpora, vmbræve non dignouit; tantum ad eius aures vox allabitur dicentis. Pater, pater, ego ſum, ora Deum pro me. Erat huic filius in Societate adoleſcens Bartolomęus nomine, quem ipſe matrimonio ante coniunctus ſuſceperat, & grandi iam ætate coniugio ſolutus ſecum duxerat ad Societatem. Is per id tẽpus in Bahyenſi Collegio doctrinæ ſtudiis occupabatur. Viſus eſt ſibi ſenex filij vocem agnoſcere: perturbatus eo viſo, cum diluxit penitus Ioſephum conuenit; qui, diuina

Piratininga Bartolomæi Gõzali mortem præſcit.

uina

uina prouidentia ad ſenis in ea conſternatione animi ſolatium videtur eo veniſſe. Eum vti hominem rerum abſentium in diuino Spiritu conſcium rogat, ecquid bene ſit Bartolomæo? Bene, reſpondet Ioſephus: neque eſſe, cur de eo ſit ſolicitus: ſermoneque commutato, hominem ab ea cogitatione ad aliam traducit. Præterierat ab eo ſermone annus, cum vterque in Ianuarienſi Collegio eſſet, nauis è Bahya eo venit, quę certum de Bartolomæi morte nuncium attulit. Petiit à Ioſepho Adamus, vt ad legitimum ſacrificiorum numerum, quæ pro defunctorum Sociorum animabus à Sacerdotibus ſingulis in Societate offeruntur, aliquid adderet: reſpondit, ſe cum vita exceſſiſſet adoleſcens, quinquies pro illo hoſtiam ſalutarem immolaſſe, neque pluribus ſanctam illius animam indigere, idque ſe feciſſe, quo tēpore Adamo ipſi viſum illud Piratiningæ obiectum eſt: quod Ioſephus non potuit niſi diuinitus cognoſcere cum ob diſtantiam lo-

corum (diſtat enim Bahya S. Vincẽtius plus ducentis leucis) & infrequentiam itinerum, non ante eam diem eius rei nuncij peruenerint. Ita & animæ illi conſuluit in tẽpore, & nuncij acerbitateem præuertere deuitauit.

Fratrem è Societate graui vlcere ſanat.

IN eodem Ianuarienſi Collegio Gonzalus Aloyſius Societatis frater affectus decumbebat, cui acerbum vlcus infra ſiniſtrum brachiũ intumuerat, neque remediis multis adhibitis ad ſuppurationem veniebat; quin etiam exaſperabatur magis, ſæuo cum cruciatu ægrotantis. Accedit Ioſephus, manum admouet tumori, ſignum crucis imprimit, confeſtim rupta cuti, vna cum cruciatu coacta ſanies effluxit.

Venit Bahyam vnius è fratrib. cogitationem nouit.

Venit Poſtmodum Bahyam, quo tempore abditam alterius cogitationem ſe penetraſſe declarauit. Frater quidam, qui hominem nunquam viderat, ratus, quod corporis habitudo parum firma, & humilis eius indicabat apparatus, inutile hoſpitẽ, & contẽptibilem aduenisse,

niſſe, hanc de illo cogitationem concepit. Quid huc venit iſte? neq; verbum vllum protulit: non fefellit Ioſephū illa cogitatio: & cùm ad eius amplexum veniſſet, maiore quam cæteros lætitiæ, ac beneuolentiæ ſignificatione illum excepit. Ita eſt, inquit, chariſſime frater, vt cogitaſti: vnus tu omnium de me optimè iudicaſti; quid ego nullius pretij homuncio huc veni? Perculſus ille mirari deſiit, cum qualem virum contempſiſſet, intellexit.

Fratris vinius è Societate ambuſtam manum ſanat.

In Bahyenſi Collegio is qui coquinariam exercebat, patella piſces in cænam Collegij elixabat, cũque decoctis piſcibus, patellam adhuc bullientem ab igne remoueret, ſiniſtro caſu ius exæſtuans, effluensque in retrahentem ſiniſtrā ei manum ambuſſit. In illa doloris acerbitate forte Ioſephus per coquinā, tranſit; fratris videt manum concrematam, quam ſiniſtra manu apprehenſam, dextera ſigno crucis ſignauit illis, ſubiectis verbis: Sat eſt; ne doleat amplius.

plius: admouitque ad ignem, quæ temperato cõcepto calore, ſtatim perſanata eſt.

Animas purgatorias pœnas dolentes audit adiuuatq;.

Ibidẽ maioris aliud cõtingit admirationis. Cum longè ab vrbe ad ægroti excipiendam confeſſionem excurriſſet, in reditu nox illum oppreſſit inter Tapagipam (locus eſt oblonga cuſpide in mare procurrens) & Bahyam: ea cum iter facerent ſecus ſtagnum, ingentem ranarũ coaxationẽm, & inter eum ſtrepitum eiulatus ingentes audierũt, quaſi hominũ acerbos cruciatus tolerantium; vſq; eò, vt Patris comiti capillus inhorruerit. Metũ ponere Pater iubet, ſubſtititq; aliquantiſper, ac ſublatis in cœlum oculis; Æterne Deus, inquit, quàm magna tua potentia eſt: propiuſque ad ſtagnum accedens, comitem vnà ſecum genua ponere, & quinquies orationem Dominicam, Angelicãque ſalutationem pro animabus purgatorias pœnas ſuſtinentibus pronunciare iubet. Qua perſoluta prece, ceſſauit eiulatus, neque inde ampli-

amplius, cum ſæpius illac frater idẽ pertrãſiſſet, eiuſmodi clamores exauditi. Videtur diuina miſericordia profundo ſuæ diuinitatis iudicio animas illas ſelegiſſe, quæ ad id tempus ſancti viri precibus pœnis illis eximerentur.

Ægrotos in ipſo mortis limine prædicit eo morbo non morituros.

Idẽ ad ægrotæ mulieris, ac propè iam depoſitæ confeſſionem audiendam extra vrbem accerſitus, eius maritum qui ad ſe excipiendum prodierat, obuiũ habuit lacrymabundum; cuius permotus dolore, antequam ad ægrotam perueniret, blandè eum conſolatus, prædixit periculum præſens euaſuram, vixitque poſtea in annos multos.

Peridem tempus, aut forte ipſo prouinciam regente (non enim niſi hoc tempore, aut prouinciæ Præſes Bahyæ degere ſolitus eſt) Didaci Morini coloni Bahyenſis coniux Andreſia Diazia ſeptimum iam mẽſem vterum geſtabat, cùm ſiniſtro caſu lapſa abortu infantem fœminam emiſit. Eo caſu male affecta vtraque, mater quidem diu male habuit

buit; infans verò vitæ diſcrimen adiit. Ipſam totámque familiam inuiſit Ioſephus; parentes tenellulæ infantis periculo permoti, cũ iam iam exhalatura animam videretur eum rogarunt, vt antequam expiaret, eam Baptiſmi beneficio afficeret; honeſtius fore reſpõdit, ipſam in Eccleſia matrice, ſolemni apparatu, ſacriſq́; adhibitis cerimoniis baptizari: non enim eo tẽpore morituram; neque graue illis eſſet Mariæ illi nomen imponere, ſiquidem ipſo Aſſumptionis Virginis die ſacro nata erat; proinde probè illam, pieq́ue educarent, futurã enim familiæ toti non iniucũdæ hilaritati: vndecimũ tamen tãtũ annum exacturam, eodemq; quo in lucem edita eſt Virginis die ſacro ex hac vita exituram, etſi non in qua vrbe nata eſt. Parentes poſtmodum S. Sebaſtianum ſe tranſtulerunt, ibique puella vndecimo ætatis anno eodẽ quo nata eſt die deceſſit. Totum id matris teſtimonio poſtea cognitum eſt.

VITAE

VITÆ IOSEPHI ANCHIETÆ E SOCIETATE IESV

LIBER QVARTVS.

A. D. 1578.

LVSTRABAT ſuis excurſionibus Ioſephus, pro re nata, loca circa Bahyam, cũ anno à partu ſacro milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo inſulam Taparicam omnium quæ in ſinu Bâhyenſi ſunt, & maximam, & frequentiſſimam obiens ad confeſſionem ægrotantis anus indigenæ accerſitur. Hæc gentis more extento in reti decumbebat propter focum. Pater illi aures dans parum commode in ligno ad ignem appoſito ſedebat. Voluit paterfamilias, pͬ ea quæ ſuppetebat copia, ei ſedile paulo cõmodiꝰ præbere; recuſauit Pater: ſeſſio, inquit, mihi paratur, ad quã antequã operani

Præſcit ſe præpoſitum Prouincialem futurum.

ram hāc perſoluero, vocabor, multo mihi iniucundiorem. Nondum plane ſuam confeſſionem mulier peregerat, cùm ad eum Præpoſiti Prouincialis perferuntur litteræ, quibus iubebatur ad vrbē repedare. Ille ſtatim ſe itineri commiſit: etſi optimè ſciebat quos ad labores vocaretur: nempe ad eam, quam ſibi parari prædixerat ſeſſionē; nam ſtatim vt venit ad Collegium, Præpoſitus Prouincialis, conuocata familia, domeſticam, vt in Societate mos eſt, concionem habuit; recitatoq; Præpoſiti generalis diplomate Roma miſſo, Ioſephum Anchietam Præſidē Societatis in Braſiliæ prouincia renunciauit. Mox ad ſingulorum pedes accidens, multis ſuis, aliorumq; dulci ſenſu pietatis, cum lacrymis oſculatus eſt. AEgro animo Ioſephus onus ſubiit; poſteroq; die & ipſe domeſtica item cōcione ſingulorum ſibi preces auxilio popoſcit: parique humilitatis ſignificatione ad ſingulorum pedes oſculabundus ſe abiecit. Et quidem eam

Fit præſes Prouincialis anno Domini 1578

eam rem Deo illi in dicante, quaſi rebus, quæ in conſilio Romæ agerentur, intereſſet, multo ante prænouerat. Nam cum adhuc Vincentianæ domui præeſſet, inſpiciũdæ familiæ causâ Piratiningam venerat, dixeratque in familiari ſermone quaſi per iocum, cùm tres alij Sacerdotes, fratreſque duo intereſſent. Videte aniculæ quid garriant, me fore Præpoſitum prouincialem, & quàm forte dorſum ad id onus habeo. Et ſane erat, vti ſupra vidimus, ex morbo, quo nouitius laborauerat, luxato dorſo. Dixerat etiã multò ante ſe Bahyenſis Collegij Rectorem lectum eſſe, ſed electionem irritam futuram. Quæ cũcta euenerunt: nam Roma literæ poſtea venerunt, quibus ipſi Bahyẽſis Collegij Rector dicebatur: ſed nodus obiectus rem totam impediuit. Superuenêre deinde eæ, de quibus facta mentio eſt. Ita qui impeditum aditum ad rectoris munus inuenit expeditum ad Prouinciale nactus eſt.

Anno

Anno, vti dicebam, eius ſacculi ſeptuageſimo octauo prouinciȩ regimen ſuſcepit; eamq; ſeptem circiter annis adminiſtrauit ea prudentia, integritateque, quæ à tanto viro expectabatur. Ac primũ, quod ad ipſum attinet, eadẽ vitæ integritas idem erga ſe rigor, eadem cum Deo cõiũctio, familiaritas quæ fuit ſemper: neque eum honor à ſui deſpectione, neque rerum occupatio à continenti cum Deo familiaritate vnquam retardauit. Ita multarũ, magnarumque exemplo virtutum, vel tacens Pauli illud referre videbatur. *Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite,* Ad integritatem tamen, & rectam legum normam, ad quã cæteros exigebat, inſitam ſibi à natura lenitatem, comitatemque adhibebat: quó fiebat, vt diſciplinȩ rigor molliretur. Si charus omnibus, nulli grauis, omnium animos ita ſibi deuinxerat, vt, quod mirum videri poſſit, domeſtici omnes ei ſuas cõfeſſione cõſcientias optatius quàm

Qualis in munere regenda prouincia fuerit,

quo

quo vtebantur ad confeſſiones Sacerdoti, aperirent. Omnino peculiari Dei dono præditus erat, ad quemcumque animi morbum dulci medicamine ſanandum, mœrore afflictos alleuandos, nubeſque ex animo eorum depellendas; qui vel ſuſpicione vel indignatione aliqua perturbationeue agitarentur. Sed in ipſo maximè perpetua animi tranquillitas, & ſingularis manſuetudo elucebat: & ſanè, quod in præſide Religioſorum virorum maximè laudatur, & in quo ſumma charitas, ſummumque illius officiũ verſatur, vt vigili cura in id ſemper incumbat, ſuos vt ad perfectam inſtruat virtutẽ, modiſq; omnibus viam ad eum finem illis expediat, impedimẽta amoliendo, & lapſus, ſi qui imminẽt, præuertendo, quanta in eo laude Ioſephus excelluerit, quamque paterno amore ſuis in diſcrimine cõſtitutis præſto fuerit, eoſque ne laberentur, ſuſtentauerit, multa eorum, quæ narrauimus declarârunt; cuius rei ſubinde docu-

Qua curã erga ſuos eſſe oporteat, qui aliis præſunt.

documenta dabat: nihil æquè cordi Præſidibus eſſe debere, atque amorem erga ſuos, ſtudiumque proceſſus eorum ad virtutem.

Avdivit aliquando Sacerdotem in familiari ſermone diſputantem, non debere eum, qui aliis præeſt, culpam cuiuſquam ſuæ familiæ præterire, quam non animaduerſione aliqua, aut reprehenſione, aut ſaltem monitione corrigere nitatur. Adiecit Ioſephus; quin etiam nulla in priuato homine Religioſo culpa ineſſe debet, quam non eius Præſes, antequam de ea reum alloquatur, bis, terve coram Deo multis cũ lacrymis deploret. Nẽpe hoc eſt oues tibi à Chriſto cõmiſſas ſaluas velle. In vno ex eius prouinciæ Collegiis Sacerdos, qui miniſtrum agebat (eſt autem in Societate Iesv miniſter à ſummo totius familiæ Præſide ſecundus) aſperiorem aliquando erga eius familię hominem ſe præbuit. Id cum vidiſſet Ioſeph⁹, quippe totius familiæ Præſes, cur id ita faceret, quæſiuit. Ille, qua id totum

Miniſtrũm cuiuſdam Collegij dulci monito corrigit.

tum animi ſinceritate fecerat, eadē ſuo Præſidi reſpondit. Qui mihi, inquit, miniſtri munus demādauit, idē hoc præcepo me inſtruxit, nullam occaſionē vt prætermitterē priuatorum quemque ad omnem patientiam exercendi. Atqui ego in nomine Domini, inquit Ioſephus iſtam perſonam te iubeo exuere, & nouā induere manſuetudinis, ac lenitatis; & quantum in te eſt, nulli anſam præbeas offenſionis, aut triſtitiæ: ſed te beneuolum, comemq; omnibus exhibeas. Crediderim tamen monitum non modo non reprehendendum, ſed ad præſentem occaſionem accommodatum etiam religioſæ prudentiæ plenum fuiſſe. Sed nihil prauius in artibus vitæ præſertim, quam bona multa præcepta tenere, & illa, cum ad vſū venias, incommodè interpretari: at vero ſanctum ſenem magno lumine præditum, cognita animi trepidatione, intellexiſſe homini dilatandum eſſe cor. Tum ille, quaſi diſcuſſa caligine corde dilatato, ita conſilium pro-

bauit, vt, nouo percepto lumine, totum ſe ſtuduerit ad eam normã conformare. Ita non priuatos tantum homines, ſed eos etiam, qui aliis præerant, ſui officij admonebat: ſed & priuatorum etiam quæ partes eſſent, edocebat; nam cum paulo poſt in Collegio Sebaſtianẽſi vna cum aliis patribus, fratribuſque Societatis in eum ſermonem veniſſent, vt diceret vnus è Patribus debere priuatum hominem in religione, ad perfectam animi ſui quietem minime de ſe, deq; ſtatu ſuo eſſe ſolicitum, ſed totum in præſidiũ ſumptum poteſtate eo munere, graduque acquieſcere, in quo eum ſui Præſides collocarunt (ſententiam illis temporibus firmam, ac robuſtã vtinam curſu temporum lapſi mores, noſtri amor, & noſtra de nobis opinio non aliquando cõuellãt, aut in obliquum inflectant) id adeò verum eſſe Ioſephus affirmauit, vt niſi id fiat, non poſſit multis, ac magnis perturbationibus animus vacare. De ſe ita dicebat, nunquam in

Priuatos homines in regione omni de ſe cura ſolutos eſſe debere.

futurũ

futurum proſpexiſſe; antequam fieret Sacerdos, nunquam ſibi in mentem veniſſe, poſſe ſe fieri Sacerdotem; Sacerdotio auctum nunquam neque de profeſſione, neque de regẽdi munere cogitaſſe; neque ſe ad tantam rem vllis inſtructum dotibus ſenſiſſe. Quo tempore ad profeſſionem admiſſus fuerit, non reperio, ſed ex proximo ſermone Ianuarienſi licet odorari, antequam ad regimen adhiberetur, id factum eſſe; ad quam cum ſolus ab aliorũ conuictu ſemotus ſe diebus aliquot more Societatis compararet, fideli amico narrauit, ſe in meditatione Chriſti dolorum defixum magnam eorum partem in ſuo corpore per eos dies cum acerbiſſimo cruciatu expertum eſſe.

In meditatione dolorum Chriſti partem ſenſit.

Vidimus eũ ſæpius in peregrinationibus, cœtu comitantium præmiſſo, in itinere ſubſtitiſſe: inde magna cõfecta viæ parte, nullo ſẽtiẽte, ipſorũ tamẽ iter anteuertiſſe. Hæ aũt nõ cũ indigenis tantũ, hominib° tenuibus nec magna ſolertia præditis,

Sæpè hominum adſpectui ſe ſubducit.

buit; infans verò vitæ diſcrimen adiit. Ipſam totamque familiam inuiſit Ioſephus; parentes tenellulæ infantis periculo permoti, cū iam iam exhalatura animam videretur eum rogarunt, vt antequam expiaret, eam Baptiſmi beneficio afficeret; honeſtius fore reſpōdit, ipſam in Eccleſia matrice, ſolemni apparatu, ſacriſq; adhibitis cerimoniis baptizari: non enim eo tēpore morituram; neque graue illis eſſet Mariæ illi nomen imponere, ſiquidem ipſo Aſſumptionis Virginis die ſacro nata erat; proinde probè illam, pieque educarent, futurā enim familiæ toti non iniucūdæ hilaritati: vndecimū tamen tātū annum exacturam, eodemq; quo in lucem edita eſt Virginis die ſacro ex hac vita exituram, etſi non in qua vrbe nata eſt. Parentes poſtmodum S. Sebaſtianum ſe tranſtulerunt, ibique puella vndecimo ætatis anno eodē quo nata eſt die deceſſit. Totum id matris teſtimonio poſtea cognitum eſt.

VITÆ.
IOSEPHI AN-CHIETÆ E SOCIE-TATE IESV
LIBER QVARTVS.

A.D. 1578.

LVSTRABAT ſuis excurſionibus Ioſephus, pro re nata, loca circa Bahyam, cũ anno à partu ſacro milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo octauo inſulam Taparicam omnium quæ in ſinu Bahyenſi ſunt, & maximam, & frequentiſſimam obiens ad confeſſionem ægrotantis anus indigenæ accerſitur. Hæc gentis more extento in reti decumbebat propter focum. Pater illi aures dans parum commode in ligno ad ignem appoſito ſedebat. Voluit paterfamilias, p̃ ea quæ ſuppetebat copia. ei ſedile paulo cõmodi⁹ præbere; recuſauit Pater: ſeſſio, inquit, mihi paratur, ad quã antequã ope-

Præſcit ſe præpoſitum Prouincialem futurum

ram hāc perſoluero, vocabor, multo mihi iniucundiorem. Nondum plane ſuam confeſſionem mulier peregerat, cùm ad eum Præpoſiti Prouincialis perferuntur litteræ, quibus iubebatur ad vrbē repedare. Ille ſtatim ſe itineri commiſit: etſi optimè ſciebat quos ad labores vocaretur: nempe ad eam, quam ſibi parari prædixerat ſeſſionē; nam ſtatim vt venit ad Collegium, Præpoſitus Prouincialis, conuocata familia, domeſticam, vt in Societate mos eſt, concionem habuit; recitatoq; Præpoſiti generalis diplomate Roma miſſo, Ioſephum Anchietam Præſidē Societatis in Braſiliæ prouincia renunciauit. Mox ad ſingulorum pedes accidens, multis ſuis, aliorumq; dulci ſenſu pietatis, cum lacrymis oſculatus eſt. AEgro animo Ioſephus onus ſubiit; poſteroq; die & ipſe domeſtica item cōcione ſingulorum ſibi preces auxilio poſcit: parique humilitatis ſignificatione ad ſingulorum pedes oſculabundus ſe abiecit. Et quidem eam

Fit præſes Prouincialis anno Domini 1578

eam rem Deo illi in dicante, quaſi rebus, quæ in conſilio Romæ agerentur, intereſſet, multo ante prænouerat. Nam cum adhuc Vincentianæ domui præeſſet, inſpiciũdæ familiæ causâ Piratiningam venerat, dixeratque in familiari ſermone quaſi per iocum, cùm tres alij Sacerdotes, fratreſque duo intereſſent. Videte aniculæ quid garriant, me fore Præpoſitum prouincialem, & quàm forte dorſum ad id onus habeo. Et ſane erat, vti ſupra vidimus, ex morbo, quo nouitius laborauerat, luxato dorſo. Dixerat etiã multò ante ſe Bahyenſis Collegij Rectorem lectum eſſe, ſed electionem irritam futuram. Quæ cũcta euenerunt: nam Roma literæ poſtea venerunt, quibus ipſi Bahyẽſis Collegij Rector dicebatur: ſed nodus obiectus rem totam impediuit. Superuenêre deinde eæ, de quibus facta mentio eſt. Ita qui impeditum aditum ad rectoris munus inuenit expeditum ad Prouinciale nactus eſt.

Anno

Anno, vti dicebam, eius ſæculi ſeptuageſimo octauo prouinciæ regimen ſuſcepit; eamq; ſeptem circiter annis adminiſtrauit ea prudentia, integritateque, quæ à tanto viro expectabatur. Ac primũ, quod ad ipſum attinet, eadẽ vitæ integritas idem erga ſe rigor, eadem cum Deo cōiūctio, familiaritas quæ fuit ſemper: neque eum honor à ſui deſpectione, neque rerum occupatio à continenti cum Deo familiaritate vnquam retardauit. Ita multarũ, magnarumque exemplo virtutum, vel tacens Pauli illud referre videbatur. *Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite,* Ad integritatem tamen, & rectam legum normam, ad quā cæteros exigebat, inſitam ſibi à natura lenitatem, comitatemque adhibebat: quó fiebat, vt diſciplinę rigor molliretur. Si charus omnibus, nulli grauis, omnium animos ita ſibi deuinxerat, vt, quod mirum videri poſſit, domeſtici omnes ei ſuas cōfeſſione cōſcientias optatius quàm quo

Qualis in munere regendæ prouinciæ fuerit,

quo vtebantur ad confeſſiones Sacerdoti, aperirent. Omnino peculiari Dei dono præditus erat, ad quemcumque animi morbum dulci medicamine ſanandum, mœrore afflictos alleuandos, nubeſque ex animo eorum depellendas; qui vel ſuſpicione vel indignatione aliqua perturbationeue agitarentur. Sed in ipſo maximè perpetua animi tranquillitas, & ſingularis manſuetudo elucebat: & ſanè, quod in præſide Religioſorum virorum maximè laudatur, & in quo ſumma charitas, ſummumque illius officiũ verſatur, vt vigili cura in id ſemper incumbat, ſuos vt ad perfectam inſtruat virtutẽ, modiſq; omnibus viam ad eum finem illis expediat, impedimẽta amoliendo, & lapſus, ſi qui imminẽt, præuertendo, quanta in eo laude Ioſephus excelluerit, quamque paterno amore ſuis in diſcrimine cõſtitutis præſto fuerit, eoſque ne laberentur, ſuſtentauerit, multa eorum, quæ narrauimus declarârunt; cuius rei ſubinde docu-

Qua curà erga ſuos eſſe oporteat, qui aliis præſunt.

documenta dabat: nihil æquè cordi Præſidibus eſſe debere, atque amorem erga ſuos, ſtudiumque proceſſus eorum ad virtutem.

Avdivit aliquando Sacerdotem in familiari ſermone diſputantem, non debere eum, qui aliis præeſt, culpam cuiuſquam ſuæ familiæ præterire, quam non animaduerſione aliqua, aut reprehenſione, aut ſaltem monitione corrigere nitatur. Adiecit Ioſephus; quin etiam nulla in priuato homine Religioſo culpa ineſſe debet, quam non eius Præſes, antequam de ea reum alloquatur, bis, terve coram Deo multis cũ lacrymis deploret. Nẽpe hoc eſt oues tibi à Chriſto cõmiſſas ſaluas velle. In vno ex eius prouinciæ Collegiis Sacerdos, qui miniſtrum agebat (eſt autem in Societate Iesv miniſter à ſummo totius familiæ Præſide ſecundus) aſperiorem aliquando erga eius familię hominem ſe præbuit. Id cum vidiſſet Ioſephꝰ, quippe totius familiæ Præſes, cur id ita faceret, quæſiuit. Ille, qua id totum

Miniſtrũ cuiuſdam Collegij dulci monito corrigit.

tum animi ſinceritate fecerat, eadẽ ſuo Præſidi reſpondit. Qui mihi, inquit, miniſtri munus demãdauit, idẽ hoc præcepo me inſtruxit, nullam occaſionẽ vt prætermitterẽ priuatorum quemque ad omnem patientiam exercendi. Atqui ego in nomine Domini, inquit Ioſephus iſtam perſonam te iubeo exuere, & nouã induere manſuetudinis, ac lenitatis; & quantum in te eſt, nulli anſam præbeas offenſionis, aut triſtitiæ: ſed te beneuolum, comemq; omnibus exhibeas. Crediderim tamen monitum non modo non reprehendendum, ſed ad præſentem occaſionem accõmmodatum etiam religioſæ prudentiæ plenum fuiſſe. Sed nihil prauius in artibus vitæ præſertim, quam bona multa præcepta tenere, & illa, cum ad vsũ venias, incommodè interpretari: at vero ſanctum ſenem magno lumine præditum, cognita animi trepidatione, intellexiſſe homini dilatandum eſſe cor. Tum ille, quaſi diſcuſſa caligine corde dilatato, ita conſilium probauit,

futurum proſpexiſſe; antequam fieret Sacerdos, nunquam ſibi in mentem veniſſe, poſſe ſe fieri Sacerdotem; Sacerdotio auctum nunquam neque de profeſſione, neque de regẽdi munere cogitaſſe; neque ſe ad tantam rem vllis inſtructum dotibus ſenſiſſe. Quo tempore ad profeſſionem admiſſus fuerit, non reperio, ſed ex proximo ſermone Ianuarienſi licet odorari, antequam ad regimen adhiberetur, id factum eſſe; ad quam cum ſolus ab aliorũ conuictu ſemotus ſe diebus aliquot more Societatis compararet, fideli amico narrauit, ſe in meditatione Chriſti dolorum defixum magnam eorum partem in ſuo corpore per eos dies cum acerbiſſimo cruciatu expertum eſſe.

In meditatione dolorum Chriſti partem ſenſit.

Vidimus eũ ſæpius in peregrinationibus, cœtu comitantium præmiſſo, in itinere ſubſtitiſſe: inde magna cõfecta viæ parte, nullo ſẽtiẽte, ipſorũ tamẽ iter anteuertiſſe. Hæ aũt nõ cũ indigenis tantũ, hominib⁹ tenuibus nec magna ſolertia præditis,

Sæpè hominum adſpectui ſe ſubducit.

ditis, qui cum iſta viderent, qua ratione fierent nō magnopere ſoliciti erant; ſed maiore adhuc cū admiratione, in cœtibus etiam, comitatuque clarorum virorum ſæpe contigerunt. Antonins Barrius Epiſcop' qui Leitano ſucceſſit, vicos circa Bahyā luſtrabat, vt ſacro chriſmate vicanos confirmaret: ibant eodē in itinere, præter Epiſcopi comitatum Georgius Serranus Bahyenſis Collegij Rector, aliique Sacerdotes è Societate, & ipſe Prouincialis Prçſes Ioſephus; & cum è vico S. Antonio, peractis rebus omnibus, ad vicum S. Ioannem in equis omnes proficiſcerentur, ſolus Prouincialis Præſul more ſuo pedes, & nudipes illis præeuntibus, ſeſubſequuturum prædixit. Sex leucas confecerāt, cùm ipſum inter eundum neque ſubſequentem, neque prætereūtem vidiſſet quiſquam: ad vicum cum venerunt, Petrus acoſta Societatis Sacerdos, qui in eo vico curionem agebat, inſtructa de more ſupplicatione, prælata cruce fit

obuiā

obuiam Epiſcopo; &, quem venturum ad veſperam exiſtimabāt, cum Acoſta eodem in agmine, maxime admirante Epiſcopo, apparuit etiam Ioſephus. Sed cum hæc in ipſo eſſent iam quotidiana, vt admiratio nulla fuit apud domeſticos ita nullus eade re ſermo emanauit latiùs.

CONTIGIT aliis temporibus, vt cœtu, colloquiiſque nullo ſentiente ſe ſubduceret, nimirum, vt ad Dei colloquium, quo ſe vocari ſētiret, ſe reciperet; ſed poſtmodum ita ſe redderet eorundem numero; vt, cum abſentia, præſentiaque noſceret, diſceſſus, redituſque non notaretur. Michael Azeredius coloniæ Spiritus ſancti Præfectus teſtis eſt, Ioſephum vna cum aliis è Societate, & indigenis multis ad aperiendum alueum aquæ deducendæ ad molam ſaccarariam rogatu hominis amici, ac de Societate bene meriti veniſſe; & cum ibi vna cum aliis verſaretur, improuisò è cœtu ad agendum cum Deo ſeceſiſſe, eius diſceſſum nemine aduertente; cumq;

eum deſiderari animaduerterent; ſtatim inter ipſos item ex improuiſo apparuiſſe, quaſi in eius eſſet poteſtate, & ſe adſpectui ſubducere, & ſe viſendum exhibere. Nauigabat vnà cum alijs in triremi Melchioris Azeredij: ſæpe accidit, vt, cùm ad cœnam quæreretur, accuratiſſimè triremi tota perluſtrata, nullo loco appareret, paulo poſt ipſum viderent in ijs ipſis locis, vbi paulo antè ſumma cura eum perquiſierant, rogatus, vbi latuiſſet, reſponderet, ſe circa proram preces horarias percurriſſe. Credendum eſt, aut diuino Spiritu aſportatum aliquò, aut etiam diuino nutu inuiſibili nube tantiſper obductum, ne illius inter orandum ardores, exceſſusq́ue ſpectarentur; nec potuiſſe ipſum diuini amoris impetus, quin erumperent, cohibere.

A. D. 1578. Luſitanorum cladẽ in Africa.

Anno eodem à Domini ortu milleſimo quingẽteſimo ſeptuageſimo octauo, quo ipſe prouinciæ regendæ munus iniuit, ordinatis rebus ad Bahyã, apparet ipsũ obeũdæ prouinciæ causâ,

causâ ad inferiora Braſiliæ cogno-ſcenda in Ianuarienſem ſinũ deſcẽ-diſſe. Inde ad dilectũ ſibi Maramo-ſiorum gregem, qui circa Biritiocã iam antè ſedes poſuerãt, reuiſendũ ſe contulit; arcéque Biritioca exce-ptus, nequaquã illa animi tranquil-litate, quà priùs inter eos verſatus eſt, quin alta mœſtitia oppreſſus, lu-genti ſimilis magna curarum graui-tate fatigatus, alto ſilentio inſiden-tem penitùs in animo ægritudinem abdere cùm conaretur, prodebat magis; vſque eò, vt biduum totum nihil omnino deguſtârit. Attonitus rei nouitate, qui ipſum exceperat, arcis cuſtos; & de homine, quẽ tanta reuerentia coleret, ſolicitus, ſæpius quæſiuit, quænam tanta tam ſubiti mœroris eſſet cauſa, cùm ille gra-uatè id ferre videretur, deſtitit ei moleſtiam augere. Illa tantum pau-ca ab ipſo verba expreſſa ſunt; *hodie in mundo calamitates ingentes appa-rantur.* Rem totam hoſpes, Ioſephi reſponſum, & diem ipſum literis

amiſſo Rege diuinitùs cognoſcit.

adnotauit; is fuit prid. Nonas Auguſt. anni 1578. poſtea cognitum eſt, illo ipſo die in Africa funeſta ad omnem memoriam clade, cæſo exercitu, Sebaſtianum Regem deſideratum eſſe. Damnum, vt omnium maximum, & irreparabile, ita etiam triſtiſſimam apocalypſim non mirum eſt virum alioqui ingentis animi, magnæque fortitudinis, ac ſemper cum Deo coniunctiſſimum tanta triſtitia affeciſſe. Sed diuinæ tandem prouidentiæ decreto acquieſcendum eſt; & quis eſt, qui audeat dicere, quare ſic fecerit? Recepit deinde ſe ad munus ſuum obeundæ, adminiſtrandæque prouinciæ, cum circa annum milleſimum quingenteſimum octogeſimum primum iterum vrbem S. Sebaſtianum, inferioreſque Braſiliæ oras reuiſit, cumq; è Bahya egreſſus ad Villam veterem ex itinere diuertiſſet, templum S. Mariæ virginis à Victoria vt inuiſeret, adiuit hominem Irene Barboſia fœmina illius oppidi primaria; poſtulat illius precibus vteri

Irena Barboſa prolem ... radisit.

fructum

fructum aliquem ſibi à Deo impetrari. Reſpondet illi Pater, iter ſibi eſſe ad inferiora Braſiliæ, ſedes illas inſpecturo: inde cum redierit, Deo bene iuuante, auditurum ſe ipſius partum (marem, an fœminam? ſed fœminam fore videri ſibi euidentius) ferri ad Baptiſmum; & nomen illi Anna imponendum: ſed eius lætitiæ fructum haud fore diuturnum diuinam tamen Bonitatem ſecundum hunc primum alios ei deinde fructus largituram. Hac in ſpe relicta fœmina nauigauit; anno vertente cum rediret, nauiſque ad portum Villæ veteris appelleret, in nauiculam incidit è portu exeuntem, qui, cum ſe mutuo conſalutaſſent, quæſierũt illi, vnde aduenæ ſoluiſſent, viciſſimque Ioſephus, quiſnam eſſet ille comitatus, rogauit, quem in acta è mari collem aſcendere viderẽt? reſponderũt, Iſabellã eſſe ab Auila, Garſię ab Auila, viri primarij filiã, quę eũ comitatũ ſecũ traheret, infantem filiam Irenes Barboſiæ, ad Baptiſmum de ſacro fonte ſuſce-

pturam. Reuocate, inquit Ioſephus, Irenæ in memoriam, me id ei totum prędixiſſe. Puella ad annum duodecimum tantùm vixit, cùm interim fœcunditatem, quam Ioſephus prædixerat, mater à Deo conſequuta eſſet. Quæ in re admiratione digna eſt, & ſuſpicienda diuina prouidentia, cùm occulto ſuo iudicio ījs, quos ſuo diuino Spiritu illuſtrat, quædam nota facit, quædam celat, vt olim Elyſęus Sunamitidem fœminam in magna eſſe amaritudine cognouit, ſe tamen rem totam à Deo celatum profeſſus eſt. Et Paulus per omnes ciuitates Spiritum ſanctum ait ſibi proteſtari, vincula, & tribulationes Ieroſolymis ſe manere: quæ autem euentura ſibi ſint, ignorare; ſic hoc loco Ioſepho multa ſigillatim nota facta ſunt, quæ cuncta euenerunt: ſexum primi fœtus, qualis futurus eſſet, nequiuit expedire; ſed ex nomine tantùm facta coniectura potuit aliquid innuere, diſertè aſſerere non potuit. Et in hoc quoque magnis Prophetis fuit

non

non diſſimilis. Id an hoc, aut ſuperiore alióne itinere factum ſit, non diſtinguo: ad Ianuarienſem certè ſinum, ſedes illas vt viſeret, nauiganti illi contigit. Addam & aliud, quod quo tempore contigerit, quia diuinare non potui, incertam coniecturam incertæ adiungere coniecturæ viſum eſt, quippe conſentaneum eſt, id aliquo eorum itinerum accidiſſe, cùm Præpoſitus Prouincialis Auſtralia Braſiliæ inſpiciundi causâ obiret. Venerat ad Spiritus ſancti Præfecturam, &, cùm portum iam eſſent ituri, repentè aduerſa vis venti coorta nauim ab ipſis faucibus portus longè aſportauit: tum Ioſephus magna voce edixit. Aliquis ab Eccleſiæ communione ſecluſus hac naui vehitur. Is ad me adeat: poteſtatem habeo ipſum à cenſura abſoluendi, & ſanctæ Eccleſiæ Sacramentis reſtituendi. Tunc è vectoribus vnus ad ipſum acceſſit; miſſalem librum protulit è ſupellectili Franciſci

Quendam è vectoribus eadẽ naui excommunicatum abſoluit.

Soſæ Prætoris acceptum; interdictaque piorum communione iis, qui aliquid inde acceptum intra certam diem non repræſentaſſent. Is, ſeu aliquo impedimento, ſeu mora voluntaria eam diem non obiuit, nunc rem totam apud Ioſephum confeſſus, exhibitó libro, cenſuræ impedimento liberatus eſt; ſtatimque ſedata tempeſtate, ſecundo vẽto portum ingreſſi ſunt. Inde, curſum ſuum perſequutus, in Ianuarienſem ſinum inuectus vrbem S. Sebaſtianum tenuit.

Claſſem quam timebant, amicam eſſe, & alia prædicit.

Cum ibi verſaretur anno ipſo 1581. Didacus Floreſius cum firma aliquot nauium claſſe ad fauces Magellanici freti muniendas miſſus Braſiliæ oram cum adlegeret, ſpatio leucæ vnius contra ſinus oſtium ſtetit in anchoris, ſpeciemque præbuit inimicæ claſſis, & forte per id tempus erat ex rumore, & nunciis aduentus hoſtium in metu. Perturbauit ea res vehemener ciuitatem, ciueſq; ad arma exciuit; & iam Societatis Patres de toto rerum ſtatu ſoli-

ſoliciti, cum rebus aliis tum ſacro in primis apparitui latebras quærebant: eos admonuit Ioſephus inanem ſuſcipere ſolicitudinem, claſſem amicam eſſe: oculiſq; tanquam aliquid certum inſpecturus, in eam coniectis. fabrum lignarium, ſui opificij bene peritum illa vehi edixit, quem Deus trahit ad Societatem, ſua opera Societati profuturum, atque bonos in ipſa proceſſus habiturum. Quod ille nullo modo, niſi Dei Spiritu indicante ſcire potuit. Is fuit Franciſcus Eſcalantius, cuius infra mentio ſæpius erit. Is cum è naui exiſſet, recta ad Collegium Societatis venit, petiitque ad colloquium admitti Præſidis Prouincialis. Accerſitus Ioſephus, ſe, & quis eſſet, à quo accerſeretur, & cuius rei causa antequam ianitor plane loqueretur, ſcire ſignificauit, cum eum nunquam antea vidiſſet: quem de more legitimis interrogationibus examinatum, & probatum admiſit demum in Societatem; eique prædixit futurum, vt in ſua vocatione Cōſtās

Vocatus ad ianuam à quo, & cuius rei cauſa vocaretur prædicit.

ad vſque vitæ finem perſeueraret. Qua ille prædictione lætus, quaſi ſuæ ſalutis accepto pignore, magno cum animi ſui fructu, & omnium probatione in obſequio Societatis vitã agit. Claſſem ſequebantur onerariæ quatuor, quibus Didacus Arias præerat, commeatum ſupportantes; hęc Caput frigidum præteruectæ, antequam fauces ſinus Ianuarienſis tenerent in ſtationem malè tutam æſtûne maris, an loci ignoratione, ſe receperunt, erátque periculum ab omnium naufragio: trepidus ea de re nuncius Sebaſtianenſes perturbauit. Ioſephus ſociæ claſſis periculo permotus, ad viſitata confugia recurrit, Deum orans, vt imminens periculum auerteret: nondum ſuam precationem intermiſerat, cùm ecce tibi paulo poſt priorem nuncius alter ſuperuenit, naues iam extra periculum ſe recipere. Lætus hoc nuncio Stephanus Grana Sacerdos è Societate accurrit ad Ioſephum, vt eum primus ea lætitia impertiat; apertoque

Onerarijs quatuor in magno periculo precibus auxilio eſt.

toque oſtio hominem videt in aëre ſuſpenſum, iunctis manibus, incenſa facie orantem. Eum ſtatim Ioſephus, ad ſe rediens, præuertit; nihil mali eſſe: nihil mali ingeminans, nullum niſi lembi vnius, qui ſe onerarijs adiunxerat, iacturam eſſe factam, & ex eo nullum prorſus hominem interijſſe. Quarum rerum tam diſtinctam præſertim cognitionem, cùm ad ipſum nuncius nullus penetraſſet, nemo non videt, ex quo lumine hauſerit. Atq; ita prorſus contigiſſe, receptis nauibus poſtea cognitum eſt; & credere eſt illam ipſam Dei Bonitatem, quæ hæc abſenti, & oranti nota fecit, eandem Ioſephi precibus ſalutem, incolumitatemque nauibus præſtitiſſe.

Sæpiùs inter orandum in aërem ſublatus apparet.

NEQVE ſolùm hoc tempore, ſed aliàs prætærea inter orandum à ſolo ſublatus apparuit, eiuſque rei fama in vulgus emanarat: ſed teſtes oculati nonnulli proferuntur. Gaſpar Lopeſius colonus Vincentianus iu-

rat ſe eum vidiſſe in ſacello S. Georgio dicato extra oppidum ad Eraſmorum ſaccararia inter ſacrificandum ſublatum ab altaris ſcabello inſtar palmi vnius. In templo S. Matris in Portu ſecuro octo, decemue homines magna cum ipſorum admiratione per non modicum temporis ſpatium; item inter Miſſæ ſacrificia auulſum à terra viderunt. Iſabella Noghería narrat, ſe cum fœmina altera, in templo alio B. Virginis à Schala prope Bahyam fuiſſe, vidiſſeque Ioſephum, cum à ſacro Miſſæ agendis de more gratiis intentus eſſet, ſuſpenſum ſolo aëre inniti, ſéque ſtrepitum dedita opera feciſſe, ſi forte ea re permotus in ſtatum ſuum ſe reponeret, cumque ipſum nihil moueri vidiſſent, ſe ipſas reprehēdētes, muliebrē leuitatē in admirationē, & reuerentiā vertiſſe.

Quanta æſtimatione apud Regiæ claſſis Præfectum fuerit.

CLASSE igitur ſinum ingreſſa (vt eo vnde digreſſi ſumus, reuertamur) occaſio claſſis præfecto dū ibi in ſtatione cōmoratur, eſt oblata familiariter cū Ioſepho agēdi. Is illi'

ſermo-

ſermone, & virtutum odore, qui ex eius adſpectu, colloquutioneque emanabat, ita captus eſt, vt magno cum animi ſui fructu vltro ſæpius hominem adiret. Attinebatur in eius nauibus homo Anglus, quem circa ea loca, quo eum ſua traxerat fortuna, oberrantem, aut quid aliud agentem Hiſpani milites tanquã perduellẽ exceperant. Adiuit Præfectum Sacerdos è Collegio alia de cauſa; cui Ioſephus in mandatis dederat, vt miſeri aduenæ miſſionem peteret. Grauatè id ferre viſus eſt Præfectus, multiſque verbis, quare id facere non deberet, oſtendit; tum Sacerdos, vt à ſe crimen amoueret inſolentiæ, id ſe à ſuo Præſide Ioſepho iuſſum eſſe ſignificauit. Ad Ioſephi nomen Præfectus repente mutatus. Mittatur, inquit, & Ioſepho concedatur: abſit enim, vt illius vnquam audeam præceptis refragari; nam cùm primùm vidi hominem, nihil primo adſpectu abiectius, nihil contemptius mihi videre viſus ſum: ac poſtquam

bene, penituſque introſpexi, nunquam tanta maieſtate virum me adijſſe memini, ad cuius conſpectum tantopere ego me paruì eſſe ſenſerim.

Proficiſcenti Pernãbucum iubet cõmeatum duplicari, quòd iter illi duplo longius immineret.

ERAT, dum in Subaſtianenſi Collegio Ioſephus moraretur, vnus è familia Pernambucum petiturus; huic cùm in diſceſſu, quod nautici commeatus ad illud iter ſatis eſſet, daretur, iuſſit Ioſephus annonam duplicari, quòd iter illi immineret duplo lõgius: nam vi tempeſtatis à Pernambuco abreptus, ac latus Septentrionale flectere coactus, ad inſulàs oræ Peruuianæ inſulis adiacentes, quas ante inſulas vocant, delatus eſt. Ita homini à ſuis ſedibus longè aſportato profuit diuina ſui Præſidis futuri incommodi prænotio.

Impedit ne matrimonium contrahat, qui ſe coniu-

VENERAT ad vrbem S. Sebaſtianum dum Ioſephus moraretur, hoc, alióue tempore hoſpes è Luſitania qui ſe coniugio orbatum ſimulabat, nouumque coniugium cum muliere Sebaſtianenſis coloni fi-

ni filia ambiebat; eratque in proximo, vt vtrinque ſponſiones fierent. Cognouit id Ioſephus, egitque cum magiſtratibus, vt per cauſam alienam ille ſimulator in Angólam ablegaretur. Queſtus eſt mulieris pater cum Ioſepho, quòd filiæ ſuæ matrimonium impedijſſet; tum ei Ioſephus hominis fallaciam detexit: ipſum vxorem habere in patria adhuc viuentem, & antequam ipſe Angólam perueniat; eodem ipſius quoque vxorem perventuram. Idq; ita euenit; miſera enim mulier iam diu deſerta à marito, nauim cum honeſto fœminarum comitatu in Braſiliam euntium conſcenderat, coniugem ſuum vt quæreret, ſed vi ventorum in aduerſam oram delata Angólam tenuit triduo antè vt poſtea cognitum eſt, quàm eò maritus appulit. Opportunè igitur Ioſephus Angolanum illud iter ſuaſit, congreſſumque duorum coniugum in ijs locis futurum prænidit. Ita ſcelus ingens prohibitum, grauia duo incom-

gio viduum ſimulabat.

moda ſublata, & qui antea Ioſephi iniuriam accuſabat, Deo grates egit, ſe, filiamque magna fraude, ac ſimul ignominia liberatos.

Fratrem è Societate graué in morbum lapſurum prauidet.

VIDETVR adhuc in prouinciæ adminiſtratione Ioſephus fuiſſe, cum Sebaſtianenſis Collegij Rector fratrem rerum gerendarum peritum ad res domeſticas obeundas ex vrbe dimiſerat, eiq; alterum è fratribus comitem addiderat. Hi venerunt ad vicum, in quo tum Ioſephus morabatur, Iubet Ioſephus fratrem procuratorē ad Collegiū redire, comitē alterū vt inde peteret, priore comite in Collegio relicto, q̃ ſatis, ſuperq; laborū, incōmodorumq; in Collegio illi immineret. Is, fratre procuratore cū comite altero profecto, biduo, triduoue poſt tā grauī proſtratus eſt morbo, vt prope venerit ad extrema; ex quo intellectum eſt, quanta incommoda vtriq; ſua prædictione Ioſephus redemerit; & morbido in alieno hoſpitio lōge à ſuis ægrotādi & valido ex cura ægroto inſeruiēdi, moraq; ob id impe-

impedimẽtũ rebus gerẽdis iniecta.

Erat adhuc in Sebaſtianenſi Collegio Ioſephus, & rebus illius oræ, ordinatis reditum ad ſuperiora parabat cum, vxore defuncta, vir primarius in vrbe S. Sebaſtiano ab ipſo petierat, vt ſe in Societatẽ admitteret. Id ſe facturum Ioſephus promiſit, cum negotia quędam, quibus vir ille tenebatur implicitus trãſegiſſet, quorũ cauſâ erat Bahyã profecturus, eoq; ſe quoq; venturũ. Venit ille Bahyã, tranſegitq; negotia ſane ex ſententia; interim amor humanæ proſperitatis omnem de religioſa vita illi diuinitus iniectã cogitationem penitus aduſſit. Venit haud ita multo poſt Ioſephus, fit illi obuiam mutata mente inconſtans Societatis canditatus. Rogat Ioſephus, ecquid ſe ex humanis tricis expedierit? ille ſolito honorificentius, & honeſtioribus titulis, quam familiarem hominem, & Societatis conuictũm iam prẽſantem deceret, Patrem cõpellans, ſe quidẽ impedimentis ait eſſe liberum, ſed ſtatuiſſe

Infelix mortis genus cuiuſdã prædicit.

in

in Luſitaniam redire: ibi petiturum denuò Societatem in patria, & in Societate moriturum. Intellexit Ioſephus mentis inconſtantiam, vultuque ad ſeueritatem compoſito, manu ei leuiter humerum pulſans; Sodes, inquit, quod de profectione ais, venies quidem in Luſitaniam, tamen neque in patria, neque in Societate, ſed hîc in Braſilia morieris, & eo mortis genere quo dignus eſt, qui Dei inuitamenta aſpernatur. Si habuiſſet fidem monitis, næ ille ſibi optimè conſuluiſſet; ſed debebatur, opinor, alijs documentum leuis inconſtantiæ. Redijt ille in Luſitaniam, ac poſt aliquot annos Braſiliam repetijt publica cum poteſtate nouam coloniam circa Caput frigidum condendi. Cui rei dum dat operam, ac per montes iter facit, à comitibus ſeu deſtitutus, ſeu quo caſu abiunctus, nuſquam amplius comparuit: euoluto demum anno; eius cadauer arefactum ad ingentis rupis radicem repertum, & agnitum eſt.

D v. M.

DVM poſt reditum à Ianuarienſi luſtratione in Bahyenſi Collegio ageret, Franciſcus Fernandus è Societate nondum ſacris initiatus longo tempore quartana laborauerat, & cùm die feſto præſentationis Virginis, quem diem S. Matris à Schala vulgò nominant, 11. Kal. Decembres multi è Bahyenſi Collegio, ad eiuſdem Collegij templum eius inuocationis causâ, duabus leucis Bahya diſſitum, proficiſcerentur, hærebat quartanarius in Collegio; erat enim dies parocyſmi. Rogat Prouincialis, cur non vnà cum alijs communem diei religionem obeat? eo die reſpondet ille ſe febrem expectare. Vade nihilominus, inquit Pater, atque ita eam illîc relinque, vt non amplius te adoriatur. Iuit, ſæuaque ibi eum inuaſit febris: confert ille ſe ad templum, atque ante Altare Virginis abiectus, ſupplex ab eius clementia opem petit, eò ſe Ioſephi iuſſu veniſſe; ab ipſo ſibi mãdatũ eſſe cõteſtãs, ne febrim inde referret ad Col- *Quartanario impetrat ſanitatem.*

legium

legium; Fauit Ioſephi præcepto, & iuuenis obedientiæ S. Mater, ratamque habuit Patris auctoritatē, ægrotúſque moleſtiſſimo in poſterum morbo leuatus reuertit ad Collegium.

Ioanni Fernande fabro in Societate moriturum, & alia prædicit

PER idem tempus Ioannes quidam Fernandus Luſitanus cemētarius faber, vir integritate vitæ, & pietatis ſtudio in primis probandus Bahyenſis Collegij fabricæ operas locauerat. Hic cum in ſacra templi turri æra Campana ſuſpenderet, venit eo Ioſephus, & magna voce inclamans; Ioannes Fernande, inquit, accuratè apta æra iſta: tu enim primus è noſtra Societate futurus es, in cuius funere ipſa pulſabuntur; & huic erat coniux in Luſitania. Præteriêre ab eo monito pauci menſes, & tempus appetebat, quo Pernābucenſe Collegium ſui muneris obeundi causâ Ioſephus inuiſeret. Suadebāt ei Patres, vt, antequam idonea tempeſtas effluxeret, nauigationi ſe commit-

te-

teret. Ille interim per diſſimulationem procraſtinabat: vni tamẽ Patrum dixit. Vrgent hanc meam Pernambucenſem profectionem, neque ſciunt diuinæ eſſe voluntatis, vt feſto die conceptionis virginis hic ſiem: certa enim in illum diem hic me manet occupatio; & hoc quoque loco futuram neceſſitatem in diuina voluntate perſpexit; qui ſe in eum diem maneret occupatio, cum rediit, tum demũ intellexit. Victus tandem Sociorum monitis profectionem parat; & cũ in diſceſſu patres, fratreſq; paterna de more charitate amplecteretur, cùm ad Aloyſium Fonſecam, Sacerdotem veniſſet. Bene vale, inquit, chare comes, neque interim hic expecta: es enim mecum iturus Pernambucum; & ego de nauigatione huc te accerſitũ redibo. Cõſẽdit tãdem; ac cũ pl⁹ triginta dies nauigaſſet, aduerſa tẽpeſtate in eũdẽ, vnde diſceſſerat, portũ reiectus eſt. Collegium ingreſſum Patres ad eius cubiculum deducebant, cũ

ille

Ioannem Fernandum fabrum in Societatem moribundum excipit.

ille ſe vocari alio ſignificans, ad hoſpitium ſe cõfert in quo fabri, qui Collegium extruebant, hoſpitabantur. Ibi Ioannes Fernandus iam diu graui morbo preſſus decumbebat, & non multo antè certum de vxoris morte nuncium acceperat; idque totum Ioſephus diuinitus reſcierat. Accedit ad eius cubiculum, amicaq́ue oratione, ac piis monitis hominem ſalutat, mœrentem duplici malo conſolatur; mox ſubiicit. Beata Virgo mater noſtra me mittit ad te, vt te in Societatem noſtram admittam, vnaque nobiſcum communi in fraternitate perſeueres, tibiq; id oneris impono ob gratiam tanti beneficij, quo te hodie illius amore afficio, vt mei memor ſis, cum ad conſpectum ſanctiſſimæ Matris perueneris ſeptimo ab hoc die; indeq; eum tanquam vnũ è fratribus in Collegium tranſportari, curariq; iuſſit. Tertio inde die hominẽ inuiſit, eique magna lætitiæ ſignificatione, Ioannes frater, inquit, lætum, opta-

optatumque nuncium ad te perfero: Bona tua coniux ante conſpectum Dei tibi præſtolatur; indeque digreſſus dixit multis audientibus: tam boni viri vxor, fieri non potuit vt periret. Septimo demũ die, vt ipſe prædixerat, à ſuo in Societatem ingreſſu ægrotus, præſente Ioſepho, Sacerdotibus reliquis, alijſque multis è Collegij fratribus, qui ſuis precibus abeuntem animam iuuarent, exceſſit è viuis. Tunc Ioſephus exurgens, magno cum animi ſenſu, cunctis audiẽtibus, in has voces erupit. Viri fratres, huic homini, quem nunc ipſi ex hoc loco ſpiritum ante oculos noſtros in Dei manus reddidiſſe ſpectauimus, cùm tota vita fabrilem artem exercuerit, maximamque eius partem matrimonio coniunctus, Deus ſeptem dierum ſpatio religionis, religioſæque vitæ præmium repræſentauit, quoniam penitùs ſe toto cordis affectu Deo permiſit, vt poſtremo vniuerſi iudicij die

exiſtat

exiſtat in iudicium, & damnationē multorum in ſuæ ſtudio religionis torpentium, quorum nonnulli adſunt in hoc cœtu; qui, cum annis multis in religione verſati ſint, nūquā tamē Deo ſe totos crediderūt; hi meritò, iureq́; optimo religionis præmio fruſtrabuntur. His dictis è cubiculo exceſſit, attonitis cunctis, pallentique vultu relictis.

NON putem quemquam abſurdè Ioſephum feciſſe iudicaturum, qui grandæuum hominem, morti proximum ad Societatē admiſerit, tantùm vt in ea nō ſine familiæ incommodo paucis diebus ægrotus decumberet, ac moreretur, cum id ita facto opus eſſe in diuina volūtate perſpexiſſet. Neq; abſonū à ratione fuit hominis multa, & fideli opera de eo Collegio benemeriti præmia hoc religionis auctoramēto quaſi quodam auctario cumulari. Et certè videtur diuina prouidentia hunc delegiſſe, vt homo rudis, & operarius multis parum de ſua religione ſolicitis, multorum annorum

annorum laboribus perfunctis, aliiſque multa doctrina inſtructis, multiſque annis in ſui æſtimatione conſumptis, ad brauium ſuæ vocationis, vt ipſe Ioſephus teſtatur, paucorum dierum, ſeu potius horarum curſu anteiret. Conſilium enim Dei ad noſtri iudicij trutinam expendere fas non eſt: poſſumus tamen miſerationes eius ſuper omnia opera eius collaudare, & noſtræ deſidiæ culpam, impetus, ardoreſque ad virtutem ſenſim quo longius à primis temporibus progredimur, minuentis, in nos conferre; palmamque meritorum in ſtadio bene ſæpe poſt multa tempora tyronibus concedere vel inuiti. Fateamur igitur diuinæ miſericordiæ fuiſſe, animam illam, non vndecima, ſed extrèma duodecima hora ad vineam vocaſſe; vt pro menſura votorum, multa Dei causâ patiendi, cœleſtium bonorum copia ſub ipſum duntaxat vitæ exitum compleret; multiſque votorum meritis ornatā in cœleſtium numerum abſciſam

O beatis

beatis in ſedibus collocaret. Tritum eſt enim, non quantum ipſi facimus, ſed quantum ipſius cauſa volumus, Deum ſpectare. Latronem quoque ob maleficia in crucem actum, cum breuiſſimo illo tempore ſe Chriſto penitus dediſſet, cœleſtis cum ipſo beatitudinis illo ipſo die conſortem factum eſſe; vt mirari deſinamus, & diuina reuereri conſilia diſcamus, ſi quando videamus egregia ſpe, & clara virtute adoleſcentes, paucis multa cum laude annis in religione actis, præmaturo exitu vitam finire; &, cum ex ipſo ætatis flore primi fructus erumperent, repentè ſubſciſos, palmam, quam alij poſt multos annos, multoſque labores conſequuntur, ſtatim in primo ſtadio, ac vix è carceribus emiſſos præripere. Hos nimirum ad ipſorum augendam virtutem, & cumulanda merita, reliquoſque claro exemplo excitandos diuina prouidentia vocationis beneficio dignatur. Ita alij ad operam

reli-

religioni præſtandam, alij ad virtutem augendam; omnes demum ad merita cumulāda, beatiſſimoſq; ex ea fructus percipiendos ad religionem vocamur. Beati demū Chriſti ipſius teſtimonio, qui ad finem vſq; contendent ad brauium.

SED redeamus ad Ioſephum. Eſt in hac narratione propheticū in ipſo Spiritum multis in rebus deprehendere. Primum enim nouus ille Chriſti miles in Societatem à ſæculari ſtatu, vti multo ante ipſe prædixerat, adſcitus eſt: deinde ſeptimo die, quem illi terminum Ioſephum definierat, vitæ curſum confecit; tum primum funebre ſignum, quod è ſacro illo ære auditum eſt iuxta ipſius prędictionē, fabri ipſius in Societatē iam adſciti funus indicauit. Bahyæ præterea feſto die Virginis conceptæ, ſicuti monuerat, præſens fuit, negotiumque feliciter confecit: &, cum vi tempeſtatis Bahyam repetere coactus eſſet, literas Præpoſiti generalis

Roma ad ſe miſſas accepit, quibus ei Fonſeca comes, vt ipſi antea ſignificarat, dabatur; ex eodemq; vaticinio cum ipſo, idonea redeunte tempeſtate, Pernambucum nauigauit. Nec niſi prophetico Spiritu noſſe potuit, mulierem fabri vxorem ante Deum de mariti ſalute diuinā miſericondiam implorare. Sed, cum quinq; in re vna prædictionum veritatē perſpexerimus, poſſumus & hanc veram fuiſſe pro certo habere; multoque magis quæ de viri cum ipſa æternę glorię conſortione pronunciauit, præſertim cognita poſtremæ prædictionis veritate quam tametſi non ſtatim, haud tamen ita multis poſt annis nō inanem fuiſſe conſtitit, cum vnus, aut alter eorum, quos ſuo ſermone perſtrinxerat, quique rei tum interfuerunt, à ſua poſtmodum vocatione defecerint. Atque ita probo illi viro & verus, & felix, aliis verus quidem, ſed infelix vates fuit.

ADORNATA iterum poſt Ioannis Fernandi obitum Pernambucenſi

cenſi profectione, antequam diſcederet, Franciſcum Pintum Societatis Sacerdotem ſalutandi cauſa inuiſit. Grauiter hic in eo Collegio ægrotabat, vt exigua admodum ſpes de eius ſalute ſupereſſet. Hominem igitur de ſuo exitu cogitabundum iubet ſe ad multos in diuina causa labores perferendos comparare, interim de cœleſti manſione curam ponere: non enim leui (inquit) manuum ablutione cœleſtem menſam inibis; neque te tranquillum manet mortis genus, longa tibi adhuc reſtat via; & ego Pernambucum ad parentum tuam, fratreſque lætus nuncius de tua reparata valetudine veniam. Surge proinde, ſumptiſque indumentis, templum adi, atque ante ſacroſanctã Euchariſtiam Deo dignas gratias de reddita tibi ab ipſo valetudine perſolue; iuſſitque illi indumenta exhiberi. Paruit ille dicto; illicoque ſedata vi morbi, tanta exhauſto corpori viriũ acceſſio facta eſt, tantoq; vigore cœpit reualeſcere, vt ex eo tẽpore ad valetudi-

Pernambucum profecturus Franciſco Pinto multos vitæ annos, & mortem in diuina cauſa obiturum prædicit.

narium non redierit,

INDE digreſſus Ioſephus, aſſumpto Aloyſio Fonſeca, vt iubebatur; comite, Pernambucum nauigauit. Pintus interim verſatus inter religioſa Societatis ſtudia, labores, exercitationeſque magno cum Ethnicorum, ac Neophytorum bono, multarum virtutum exemplo non modo ipſi Ioſepho ſuperuixit, ſed vitam etiam multis laudibus ornatam poſt id tempus traxit in ſextum & viceſimum annum. Tot enim ab anno 1582 quo eo morbo liberatus eſt, ad annum 1608. intercedunt, quo in Chriſtiana cauſa ſanguinem, & vitam profudit. Et quando in tanti viri mentionem incidimus, non fuerit inutile ad noſtram pietatem ſtrenui Chriſtianæ militiæ ducis, memoriam non longa digreſſione à ſilentio duntaxat præſentis temporis vindicare: ſiquidem narratio à Ioſephi rebus non abhorret.

In eo, quem ſupra demonſtrauimus terræ tractu inter Pernambucum, & flumen magnum ad Luſitani Regni iura pertinere, interiora tenent amplis terraram ſpatiis aliæ, atque aliæ gentes, partim Chriſtiano lumine illuſtratæ, partim intractatæ, ac fama ſub obſcura tantum notæ, ád quas nondum Euangelij vox vnquam adflarat. Optarunt diu Societatis Patres hoc quoque ad Braſiliam pertinens proſcindere nouale, multis interfuſis gentibus, terriſque notis, ignotiſque à noſtris finibus ſemotum. Conſilium diu, multumque agitatum, ac de more per multas preces Deo commendatum, aliquot tandem poſt Ioſephi mortem annis ad maturitatẽ venit; ſtatutumque eſt, gentium animos eſſe pertentandos, ac ferramentorum, aliarumque ſupellectilium donariis, quæ apud ipſos in pretio habentur, dandam eſſe operam, vt ad amicitiam allicerentur: nam pecunia aurũ atq; argentũ apud

Narratio de P. Franciſci Pinti peregrinatione & martyrio.

Barbaros nullius eſt vſus. Duó, præter cæteros eorum, qui eam ſibi prouinciam depopoſcerant, Pernambucenſis Collegij, lecti ſunt Sacerdotes, Franciſcus Pintus, cuius modo meminimus, & Aloyſius Figheria.

PINTVS annos natus quatuor, & quinquaginta, magnæ vir religionis, & prudentiæ aſſiduus in precibus, & diuina cum Deo agendi conſuetudine bene, multumque exercitatus; Braſilicarum rerum, & idiomatum abundè peritus; atque ad Barbarorum ſibi conciliandos animos adprimè factus: tanto præterea ſtudio propagandæ fidei, homineſq; ad ſui conditoris cognitionem adducendi, tantoque ardore pectus periculis quibuſque obiiciendi, vt Braſilia vniuerſa anguſtis illius animi magnitudini finibus eſſet. Figheria ætate quidem iunior, multis tamen & ipſe à natura, & diuina gratia dotibus inſtructus, multa etiam doctrina ornatus; & qui pari animi ardore, vt in eam expeditionem Pinto comes adderetur, con-

tenderat, ſcilicet vt tali duce Apoſtolicæ militiæ rudimenta poneret. Siquidem Pintus quater, quinquieſue in mediterranea eiuſmodi difficiles, duraſque expeditiones ſuſceperat multis adductis, ad Eccleſiam gregibus Barbarorum.

SED erit illud quoq; operæ pretium, qualis harum peregrinationum ratio ſit, pernoſcere. Adhibito Chriſtianorum indigenarum, ad id à Societate educatorum comitatu, quà maiore, quà minore, prout fert occaſio, qui laborum adiutores ſint, iter in mediterranea per ignotas plerumque ſyluas, aſperaſque ſolitudines capeſſunt impigri venatores animarum. Commeatus ſiquid portant, non aliud, quam farinam militarem, quam diximus, ex mandioca; qua deficiente, gentis more venatu, piſcatuue, qua occurrunt flumina, ſtagnaque, victitant. Syluæ enim, campique in magna hominum infrequentia, vario ferarum genere abundant ad eſum vtilium, & comites indigenæ ſagitta-

Ratio itinerum ad ignotas gentes.

rij ſunt pe[illegible]iti, & configendis feris exercitari: piſcationi verò ita aſſueti vt nullam artem melius tenere videantur. Hic victus Barbarorum more in diem partus, & ea culinæ opportunitate, quam ſyluæ, rupeſque ſubminiſtrant, apparatus, panis inſtar, & opſonij itinerum compenſat laſſitudinem; ac ſæpe accidit, vt quadragenariumaliaqua ieiunia piſcibus, ac non rarò minutis, pauculiſque pro natura locorum, fluminumque eadem ratione traducantur.

Ex arboribus etiam, ſi quando copia eſt, oppiparum, ac delicatum opſonium lecta ſuppeditant mella quæ apibus liberè vagantibus, atq; in ſciſſuris petrarum, arborumque aluearia ſibi parantibus, nemineque ea colligente, è fauis arboribuſque copiosè defluunt. Cum ad cœtus veniunt, mapaliaque infidelium, indigenæ comites in ſuorum gentilium colloquium ſe inſinuant, facileque inter eiuſ-

dem

dem naturæ homines conuenit, muneribus ipſorum animos demerentur: deinde Patres ſeſe inferunt, ſermonemque de Deo rerum omnium conditore, deque æterna vita, æterniſque præmiis, ſuppliciiſque adoriuntur; conſuetudineque inducta, ad explicanda Chriſtianæ vitæ rudimenta deſcendunt, ſenſimque rudes animos ad amorem æternorum, & conditoris ſuæ venerationem inuitant. Cui vt cultum adhibeant, animæ ſuæ ſaluti, & præſentis vitæ commodis conſulant, eos à ſylueſtri vita, & vaga abducere, & ad vitæ ſocietatem, victumque leniorem ſibi tutis in ſedibus parandum pertrahere conantur. Quam ad rem Patrum comites multum proſunt, Patrum dicta excipientes, & ipſi, pro ea, quam rudibus ingeniis natura, aſſidua cum Patribus conſuetudo, & frequens Catechiſmi vſus dicendi copiam ſuggerit, de rebus iiſdem multa perſequuntur; tum de ſocialis vitæ commodis; de copia rerũ incultis, maritimiſque locis, pro ca-

ptu gentis alia ſubiiciunt; quo fit vt multorum mentes diuina Bonitas permoneat, qui ſe ad audita prębent obſequentes.

ATQVE hac ratione Franciſc⁹ Pintus multa animarum millia ſuis excurſionibus ad Chriſtianorum cœtus, & ad frequentia, cultaque loca pertraxerat. Eodem ſtudio vna cùm Figheria ad hunc, quem ſibi lætiſſimum, opimæque frugis campum propoſuerat, quemq; ſui Apoſtolatus extremum habuit actum, ſe cōparârat. Miſſu igitur Præſidis Prouincialis Ferdinãdi Cardinij, & poteſtate facta, opeque Braſilici Prætoris Didaci Botellij duo aduersùs Tartareas poteſtates coniurati fratres Pernãbuco anno poſt partum Virginis 1607. Ianuario mẽſe diſcedũnt; mari iter faciunt Septentrionalem oram adlegentes: leucas centum viginti emenſi ad locum, quem *Iagaribam* nominant, exſcenſionem faciunt; pedibus inde iter in mediterranea capiunt viatorio haſtili nixi, modicum indigenarũ comi-

comitatum ſecum trahentes, & erant eorum aliqui ex ea gente, ad quam inquirendam mittebātur. Nō vſquā difficiliora itinera humanis veſtigiis calcata: loca omnia circum aquis, ac luto latè ſtagnantia: vt nudus pedibus, frigida hyeme, per ſaltus, & nemora incederent. Syluæ inuiæ, montes aſperi horridique dumis, nulli aditus, ſemitæ nullæ; omnia denſis arboribus obſepta: neque progredi, ne pedem quidem vnum licebat, niſi quatenus ferro, & lacertis, adiuuante comitatu, via aperiretur in diem. Tanta cibi penuria; vt herbis perſæpè ſpōtè natis famem tolerarint. Cum his difficultatibus annum integrū obluctati, tandem plus centum leucas aperti ſibi, ac propè dicam perfoſſi itineris emenſi, perrupere demum ad mōtes Ibiapanæ. Eſt is locus leucis plus minus cētum cis Maranonē non longè à finibus Ethnicorum, quos quærebant; ad quos vt penetrarent, tres tantum aditus, per quorum vnum intrandum erat, ſeſe

offerebant; ſed ij à Barbaris, feriſque hominibus tenebantur, nō modo Chriſtiano, ac Luſitano, ſed planè etiam non ſecus ac ſi feræ ſyluestres eſſent, humano nomini infeſtis; qui non modo externis hominibus, eò aduenis, ſed ipſi etiam inter ſe vicini vicinis inimici ſint; nec fidem, ſanctamq; ſocietatem vllam nôrint: non aliis his Tapuyas immaniores eſſe dixeris. Misêre patres ad eos qui proximi erant, ſemel & iterum, qui eos muneribus ad amicitiam pellicerent, tranſitumq; ad vlteriores populos impetrarent; nihil pacatum ab iis expreſſum eſt. Venêre ad eos qui clauſtrum alterum tenerent, parique ratione illorum animos tentarunt; nihilo plus profectum eſt: irriti igitur ab vtriſque nuncij rediêre. Contulêre ſe ad tertios, ſi fortè minùs aſperitatis inuenirent, ii omnium teterrimi, nunciis ad ſe munera ferentibus, reſponſi loco cædem reddiderunt, vnò ſeruato adoleſcen-

ſcente octodecim annorum, quo vterentur indice ad Patres ad necē perquirendos; atque ii felices hāc beatam ſortē ſuis ducibus, ac magiſtris præripuerunt. Haud multo interiecto tempore, dum quid agēdum, aut quà iter intendendum, incerti patres inter ſe deliberabundi hærerent, ecce tibi ad 3. Idus Ianuarias anni 1608. magna è montibus Barbarorum manus exſcendit, propioreſque facti Patrum comitatum ſagittis laceſcunt, eodemque impetu mapale, quo interim dum horarias preces perſolueret, Pintus ſe continebat, adoriuntur. Prodit Sacerdos, & quàm maxima poteſt amica oratione furentes illorum animos ſedare contendit. Chriſtiani comites pro ſe quiſque Barbarorū furori ſe opponere, magnis vocibus clamare, hunc Patrem illum ſanctum eſſe, qui ad ipſos res cœleſtes docendos, iterque ad animæ ſalutem aperiendum veniſſet, vt eius vitę parcerēt, rogare: illi furore inflam-

Franciſci Pinti Martyrium.

inflammati reſpondere, nihil ſibi cum illo; eſſe omnino ipſorũ manibus neci dandum. Vnum è comitibus, qui validius cæteris obluctando Patrem multo conatu defendebat, interimunt, atque hunc quoq; Pater ad æterna præmia præmiſit: pauci denique inermes, ac mites homines inflammatæ multitudini, & armatæ diu obſiſtere haud potuêre. Patrem tandem barbara feritate adorti vecte ligneo, in caput adacto proſternunt, multiſque repetitis ictibus exanimant, maxillæ confractæ, excuſſi oculi cranium totum comminutum. Nõ longè inde aberat Sacerdos alter, cum puerulus è comitatu inter eas turbas ad eum Luſitanicis vocibus inclamat; Pater, Pater conſule vitæ, ille confeſtim in intimas ſyluas ſe recipiens, quamnis illum quoque ad necem Barbari diu quæſiſſent, illorum tamen oculos diuina ſeruatus ope effugit. Barbari Sacerdote omiſſo, quod reliquum iis furoris ſupererat, in mapale effundunt,

tenuem-

tenuemque illam ſuppellectilem, quam ad ſacrum apparatum, & munera in Barbaros diſtribuēda comportarunt, hoſtiliter diripiunt. Hac tetra victoria, exiguaque præda cōtenti, ad ſuos ſe retulerunt. Inde locus datus Figheriæ cogendi diſſipatos comites, & cædis locum adeundi. Iacebat exanime cadauer quaſſato, ac deformato capite, facie cruore, tabo, lutoque fœdata; abſterſæ inde ſordes, abluta facies corpuſque in reti gentis more compoſitum ad ſepulturam ad radicem montis, pro ea, quæ in rerum omnium difficultate copia ſuppetiit, delatum eſt. Vnus è fuſtibus, quibus ſacrū illi caput cōtuſū eſt, à Barbaris relictus, crurore, ad indicium crudelitatis infectus, ad nonnullū noſtrorum ſolatium Bahyam vſque perlatus, magna veneratione in eius vrbis Collegio ſeruatur. Ita vir fortis, & athleta inuictus, cuius palmam cœleſtes acies diuinis laudibus honorant, in ignota barbarie nulli fidelium notū, ſine honore, ſi-

ne

ne nomine Deo, & Cœlitibus teſtem ſuæ fidei nudum tumulum ſpectãdum triumphator reliquit. Sperandum tamen ex hac ſolitudine, & locorum aſperitate magnam aliquando ad homines quoque diuinæ lucis copiam peruenturam, fortiſſimique ducis, paucorumque comitum ſanguinem in diuina cauſa fuſum, diuinis imbribus irrigatum in copioſam animarum ſegetem ſurrecturum. Atque hic fuit Ioſephi de præſtantis athletæ triũpho prædictionis exitus.

SED nos ad reliquam de Ioſephi rebus narrationem redeamus. Is poſt Pernãmbucẽſem profectionem anno milleſimo quingenteſimo octogeſimo quarto rediit ad ſinum Ianuarienſem, vrbemq; S. Sebaſtianum vt ſtatim Societatis in oris illis de more cognoſceret. Cótigit vt in eduerſum vrbi litus traiiceret, vicos, parœciaſque illius oræ inſpecturus. In reditu cũ canoã aſcendiſſet, vt vrbẽ repeteret, Petrus Leitanus è Societate ipſum comitabatur

Auibus imperat,

tabatur: erat malacia ſumma, æſtus grauis, ac moleſtus, traiectio aliquot leucarum, neque vlla aura afflabat, ægrè eam cœli grauitatem ferebat Leitanus: videt in arbore Ioſephus tres, quatuorue quaracies inſidentes (eæ ſunt aues gallinarum magnitudine purpureo colore in flauum vergente ſpecie pulcherrima) eas Ioſephus Braſilico ſermone alloquens; Ite, inquit, cognatas, conſanguineaſque veſtras accerſite, noſtrumque iter volatu veſtro inumbrate. Illæ extento collo vocem, quaſi acccepti imperij ſignũ miſêre; indeque auolantes paulo poſt magno grege redierunt, denſatæque in nubem tamdiu canoam ſuperuolantes vmbrã fecêre, donec ſpatio leucæ vnius decurſo, lenis afflare cœpit aura Fauonij: tũc Pater auiũ dimiſit comitatũ. Illę quaſi imperio perfunctæ, officioſa crocitatione, & multis lętitiæ ſignis auolarunt. Hoc idẽ Leitanus Sacerdos factus poſt Ioſephi mortẽ multis grauibus viris pręsẽtibus iureiurando

vt ſibi nauiganti vmbram faciant.

rando

rando interpoſito publicè affirma-
uit; nec mirum ad hominis volun-
tatem cùm Dei voluntate coniun-
ctiſſimi naturas omnes ſe attempe-
rare.

Longa multorum dierum piſcatio, & multa quæ in ea contigerunt.

DVM in Sebaſtianenſi Colle-
gio moraretur, vnus è Collegij fra-
tribus, vt de piſcatu in annonam
Collegij prouideret, in piſcationẽ
cum piſcatorũ familia exierat. Pi-
ſcatio longè fiebat ab vrbe in ſinu
quodam, ac prope æſtuario, ad in-
ſulam, quam Maricanam nominãt.
Iuit cum illis etiam Ioſephus, tum
vt ne per eos dies, quibus duratu-
ra piſcatio erat, Miſſæ ſacrificio ca-
rerent; tum vt tempus illud ab in-
terpellatoribus vacuum, cum Deo
in ea ſolitudine traduceret. Incre-
dibilis piſcium copia omnes rapuit
in admirationem; quos cùm ad ſa-
lem legiſſent, ingens marinorum
coruorum, aliarumq; aquatilium a-
uium numerus ad expoſitam eſcam
aduolantium magno erat operi im-
pedimento, vt operam crebro in-
terrumpere ad eas ambigendas ne-

eſſe

eſſe eſſet. Ioſephus eas iuſſit inde aceſſere, Braſilico ſermone alloquutus, Vos, inquit, hinc ſecedite antiſper dum hi ſunt in opere, neque iis moleſtæ ſitis, cum hinc diſceſſerimus, tunc redibitis ad diarium veſtrum capeſſendum. Quaſi verba illa vim habuerint humanos enſus in auibus imprimendi, ſeorſim quietæ finem operis expectarunt; profectis inde cum Ioſepho, fratreque piſcatoribus, gregatim ad vorandas reliquias accurrerunt. Verum inter ſaliendi operam, eodemne, an alio die, cum maxime operi eſſent intenti, in aduerſo litore Pantheræ duæ intentis oculis in piſcatores apparuere. Significauit frater Ioſephi comes, optare ſe eas é propinquo ſpectare; reſpondit Pater, abſoluto opere fore eius rei poteſtatem. Interim Pantheræ ſe recipiunt; admonitus ea de re Pater, magna voce iis inclamat, paulo poſt vt redeant, eſſe qui ipſas velint cominus adſpicere. Cōfecto opere, duabus conſcēſis canois, Pater cum

Pantheræ illi obediunt.

toto

toto comitatu ſinũ traiiciũt, ad litusq; accedunt; illæ tũ in litore placidè ſe ſpectandas præbent, vt eas per otium adſpicere omnes ad ſacietatem potuerint. Satiatis iam omnium oculis, Pater acceptam ſolitorũ piſcium partem iis proiecit: illæ, quaſi ſuo demenſo contentæ, abierunt. Eodem in litore die alio piſcandi, ſaliendique operi intentis aliis, cum ſe à cœtu, diuina liberius contemplandi causâ ſubduxiſſet, ſpatio trium, quatorue horarũ plus minùs deſideratus eſt: eum, veſtigia ſequutus tandem in litore ſedentem frater illi comes inuenit; & illo ipſo tempore maris æſtus accedebat, qui quaſi diuino imperio accepto, cum præter eum finem, vbi Ioſephus ſedebat, longe fluctus eieciſſet, ab eius tamẽ corpore ita vndas cohibuit; vt aquæ illi & à fronte, & vtroq; ab latere, quaſi in ſinum diductæ, ac veluti in parietes erectæ, nulla contactum alluuione, ac ne aſpergine quidem circumſepirent. Diceres rubri

Maris æſtus in litore orantem nõ attingit.

bri

bri maris miraculum in tranſitu Hæbræorum renouatum eſſe: non audebat fratrer intra vndarũ hiatũ ſe inſinuare, ſd extra vltimos fluct⁹ quanta maxima poterat vocis cõtentione Patrẽ cõpellabat; ad vocis clamores, ſtrepitum etiam, fragoréque aſſerum addebat. Cumq; ne ſic quidem fremitum maris ſuperaret, neque alto contemplationis ſomno couſopitum Ioſephi animum excitaret, fretus & ipſe diuino patrocinio; diductum intrat aquarum ſeptum, Patremque admonet, tempus eſſe hoſpitium repetendi, abeuntes vnde ſequebantur; præeũteque Patre, talos ſubſequentis fratris alluebant; ille territus periculo Patrẽ anteceſſit. Eum pater leniter verbis increpans: neſcis, inquit, quia venti, & mare obediunt ei? timere prohibuit. Prætergreſſis tandem extremam alluuionem, tũ mare littore toto coæquatum.

VERSABATVR adhuc ibidem piſcationis eiuſdẽ causâ, cũ ſub noctem inter cœnã piſcis fruſtũ iuſſit aſſerua-

aſſeruari. Ignarus eius cõſilij comes, cuius rei causâ id faceret quæſiuit; hominis, reſpondet eo leuamento indigentis. Mox conuerſus ad orãdum: commendemus, inquit, Deo miſerum hominem, qui magno in diſcrimine verſatur. Vir enim nobilis Sebaſtianenſis colonus Ioſepho perfamiliaris ad ipſum literas ſcripſerat, quibus eum rogabat, vt ad Ariam Fernandum ipſius perbeneuolum graui morbo proſtratum inuiſendum veniret; eas ſeruulo Maurico perferendas dederat. Erat huic iter per loca Pãtheris infeſta; cui niſi Ioſephi precibus, hæc omnia diuinitus noſcentis; diuinſi præſto fuiſſet auxilium, iuuat credere incolumem peruenturum non fuiſſe. Duabus horis ab eo ſermone tranſactis, noctis tenebris, cœlo pluuio, frigida hyeme, puer cum literis madidus, & laſſitudine ſemianimis aduenit; quem humaniter exceptum curauit Ioſephus recreãdum, eiq; partem piſcis, quam ſeponi iuſſerat, in cœnam dedit: &

Seruulũ per infeſta Pantheris loca iter habentem precibus ad iuuat.

antequam

antequam aut literas reſignaret, aut de puero quidquam ei renunciaretur, & à quo miſſus & quid eſſet in literis, prædixit. Ergo ad Collegiũ redeundum eſt, ſubiecit illi comes. Magis ſe poſſe ægroto ex eo loco opem ferre reſpondit, quam ſi eo veniat. Poſtero die, pro illius ſalute Miſſæ ſacrificium obtulit: poſt ſacrificium à frate comite rogatus; victuruſne eſſet ægrotus: male, inquit, eum morbus eſt habiturus, ſed tamen periculum euadet, vixitque poſtea in multos annos.

Reditus illius à piſcatore.

Abſoluta piſatione, iuſſit Pater apparari reditum in craſtinum. Erat tempeſtas turbida, denſus imber, grauiſque ortus ſub veſperam nunnunquam ceſſauerat, & duraturus noctem totam videbatur, Obiecit ei comes opportunã ſane Pater tẽpeſtatem ad iter elegiſti. Cui Ioſephus: vtinam tam ſimus ipſi viri boni, quàm de nobis Deo curæ eſt; nó enim tantũ die craſtino imber moleſtus nobis nullus erit, ſed nec nũc quidem, tempeſtate tanta, vinis eſt,

Pluuia illi parcit in itinere.

qua ſumus cras iter facturi. Poſtero die iter manè ingreſſi, ad vicum S. Barnabam, qui tribus inde diſtat leucis, quacumq; iuerunt via tota ad latitudinem triginta paſſuũ ſolum ſiccum, ac nullo tentatum imbre ad vicum vſque inuenerunt, cum circa loca omnia nocturna pluuia maderent.

Neque verò hoc ſolùm; ſed alio etiam tempore eandem in eum benignitatẽ Deus declarauit: nã cũ Eadẽ in ora Iauarienſi, vna cũ Alfonſo Gonzalo Sebaſtianenſi colono, & altero eius propinquo per montes iter faceret, in magna pluuia, & alij madidis veſtibus ad finem itineris venirẽt, mirabãtur ipsũ vnum ſiccis veſtibus apparere. Quibus ille reſpondebat; ſuis veſtibus, quoniam perbonæ eſſent, aquam non adhærere, cum re vera valde eſſent detritæ.

Simiorum ludus.

Sed in reditu à piſcatione cũ iter facerent ad S. Barnabã ſimiũ pręgrãdem barbatũ (quod iis in locis nouũ non eſt) in arbore inſidentẽ ſagitta vnus é piſcatoribus confixit, ad

cuius

cuius caſum, ſtridoremque ingens ſimiorum grex quaſi ad funus patris familias accurrit magna conſternatione: tum piſcatores eos quoque interficere in cibum adoriuntur; tam grato enim guſtu Braſili illis veſcuntur, quàm aliæ gentes hœdiculis, ſuillis, ac leporibus: nec mirũ homines, qui in ſumma lautitia humanas carnes habeant, à pecude corpore humanam ſpeciem referente nõ abhorrere. Ab ipſorum tamen cæde Pater Piſcatores prohibuit; monitos tantũ vt è ridiculo pecore ludum captarent, & quo maiorem piſcatoribus oblectationem adderet, ſimiis lingua Braſilica præcepit, funus ſuorum ciuium vt proſequerentur: tum pro ſe quiſque multo ſtridore, & belluino planctu obtemperare contendunt; cum alij per plana quadrupedarent, alij per arbores ex ramo in ramum, & ex arbore in arborem tranſilientes, exequias & ipſi ſublimes proſequerentur: horridisque vocibus, ridiculisq; ſãnis vtriq;, vt poterãt, in ſuũ

gregē. Graſſatoribus iniuſtas cædes exprobantes, Hac funebri pompa miſeræ beſtiolæ cum ad duarũ fermè leucarum ſpatiũ ſui gregis hoſtibus ludibrio, & oblectationi fuiſſent, ad vicum iam acceſſerant, ac ne rurſus à vicanis violarentur, iuſſit eas Pater in ſuas ſedes redire: illæ, commeatu accepto, in ſyluas ſe receperunt. Hæc non commiſeratione ſolùm illarum pecudum, aut quod illarum luſibus delectaretur Pater faciebat; ſed vt diuinã legē in honorē adduceret, tardaſq; indigenarũ mētes ad ſui cōditoris cultum, venerationēq; excitaret: q̄ppe docebat eos omnia cōditori vniuerſi parere; &, qui diuinis præceptis integrè obtēperãt, omnia illis inſeruire. Quod in vipera etiã, vti ſupra retulimus alio tēpore aliis oſtēderat.

Alia quæ in piſcationibus admirationē habuere.

Et, quando cum piſcatoribus, piſcationibuſque verſamur, ſubiiciamus alia eiuſdem generis, quæ diuerſis locis, tēporibuſq; euenêre. Homo Luſitanus cum ad piſcationē ſe conferret, obuium Ioſephũ habuit

buit in itinere, à quo cum venerabundus benedictionem petiiſſet, iacto reti ingentem piſcium numerum ad admirationem vſque excepit; quod totum Ioſephi tribuit precationi. Et quidem piſcatoribus indicare, quà copioſam piſcationem facerent, erat vſu quotidianum: nã, cum in Bahyenſi Collegio eſſet magna piſcium penuria, piſcatores, qui in vsũ Collegij piſcabãtur, die quodã benè mane inanes rediêre, quod piſcibus mare vacuum videretur, ita nulli vſquam apparebant. Eorũ ad ſe magiſtrum Ioſephus accerſit; eique è Collegij ſpecula locum indicat ſpatio leucæ vnius [illegible], Piraiæ ſinum appellant, ibi prædam copioſam reperturum. Paret ille dicto; & cum ſociis eò profectus, ingentem magnorum mugilũ numerum domum retulerunt. Solitus eſt ipſe perſæpè è piſcatoribus ſciſcitari, quod genus maximè piſcium optarent; & vt quiſque proprium genus nominaret, ita cuique alias, atque alias regiones, quibus piſca-

carentur, aſſignare. Et quamuis nũquam ea loca piſcator vllus pertentaſſet, imo verò perſæpè ne nota quidem eſſent, tamen & quod volebant, & quantùm volebant, capiebant, ita vt interdum retia remittere cogerentur, ne multitudine piſcium damni aliquid paterētur. Diuerſabatur interdum in vico, cui à Spiritu S. eſt nomen Bahyæ ſuburbano: erat iam ſolemnis eius loci piſcatoribus conſuetudo, quo die piſcatum exirent, Ioſephũ ante cõſulere, quo in loco piſcatio iis eſſet fructuoſa; neq; vnquã votis fruſtrabantur, quamuis & ſterilibus in locis, & intempeſtiuè, modo à Ioſepho indicatis piſcarentur.

Tantam apud illos auctoritatem per illam, quam referam occaſionẽ aut primum eſt adeptus, aut certẽ partam multum auxit: nam cũ ibidẽ vt ſolebat, verſaretur, aduertit die quadam magnum ſilentium in vico vicanoſque magno mœrore, ſolito quietiores ſedere otioſos. Percunctanti causã reſpõderunt, cibaria

ria ſibi deeſſe; iubet ille omnes ad mare ſecum ire, cibos haud dubiè reperturos. Negant idoneam ad piſcandum eſſe tempeſtatem; quod tũ cęlum, tum mare ipſum aduerſetur. Inſtat nihilominùs Pater; omnes vt eant, neminem voto fruſtratũ rediturum. Iuêre omnes: mare ſęuum altius ſemper intumeſcebat. Dicunt vicani: vides præſens tuis oculis mare eſſe intractabile: quærit nihilominus ex iis Pater; quos piſces optatis? Reſpondent cõtẽptim xareos minutos. Eſt id genus piſciculorum palmi vnius ferè magnitudine, quorum illo anni tempore nulli ſolent apparere, ſed poſt aliquot menſes affluere. Tum Pater locum iis circa litus minùs millè inde paſſibus indicat; ibi forte eorum piſciũ quantam velint copiam. Eò ſe conferũt, & paruis reticulis iniectis, atque adeò nudis manibus, quantũ quiſque voluit ad ſatietatẽ exceperũt. Itaq; admiratione lęti, Deo grãtias agẽtes multa cũ grãtulatione domũ rediêre

HIS, aliiſque eiuſmodi benefi-

ciis per Ioſephum affecti indigenæ hominem magna veneratione proſequebantur: de eo, tanquam de homine ſupra naturam poteſtatem habente & ſentiebant, & loquebantur Cum eum poſt mortem ſignificare vellent, Patrem illum dicebant, qui nobis piſces, quos vellemus, præbebat; qui, cum ab ipſo opem peteremus, nos ab omni periculorum genere, atque adeò à morte ipſa eruebat. Tantam enim de ipſo exiſtimationem conceperant; vt cum apud eos verſaretur, quocumque ituri eſſent, aut ad venationem, aut ad res ſuas tranſigendas, non ante itineri ſe committerent, quam ipſum adirent. Pater, inquiebant iter eſt mihi in hanc, illamue oram, dic (ſic enim illi loquuntur) ne illic moriar; & vt id conſequar, quod opto: nec malus coluber me feriat: & ſaluis rebus, incolumis domum redeam? Ita Patris promiſſo, quaſi certo ſalutis accepto pignore, læti proficiſcebantur, læta omnia ſibi pollicentes. Neque in hoc vico

Quanta æſtimatione fuerit apud Braſilos.

tan-

tantum, ſed in omnibus etiam circa locis hæc de illo apud omnium ordinum homines fama percrebuerat; ipſum quidquid vellet, à Deo impetrare, Deumque ipſum illius petitionibus ſemper annuere.

In vico alio indigenæ alioqui canoam in mare deducere nitebãtur, ſed propter hominum paucitatem ægrè illam ſubmouebãt; fortè præteriit illac Ioſephus: illi à concepta de homine opinione petũt, vt ipſorũ conatibus ſua benedictione aſpiret. Nõ modo ſe iis benedicturũ reſpõdet ſed opẽ etiã manu allaturũ ita iis bene precatus, cũ manũ operi & ipſe admouiſſet, ſtatim multa facilitate lignũ in vndas impulerunt.

Sed nos ad filum tẽporis perſequẽdũ redeamus. Erat adhuc Ioſeph⁹ in Sebaſtianẽſi ciuitate cũ anno 1585. Chriſtophorus Goueanus Societatis Sacerdos iuſſus eſt Viſitatoris munere eam prouinciam inſpicere: &, ſiue ſuperiore anno vnà cum Ioſepho eò venerat, ſiue, quod veroſimilius eſt, in Ianuarienſi ora

Anno Domini 1585. Chriſtophorus Goueanus fit prouinciæ Viſitator.

tum verſabatur, & obita fortaſſe ex prouinciæ parte, ad reliquam ſui muneris iuriſdictionem conficiendam cum Ioſepho, aliiſque de Societate Bahyam nauigabat; cum ſæua coorta tempeſtas eo vſque increbuit, vt nauis, domito iam gubernaculo in ſinus, & æſtuaria, quibus ſubinde littora ſcinduntur, cũ certo naufragij periculo impelleretur, ita vt vi nulla poſſet retineri. Naturæ arti diffiſi, omiſſo nauis regimine, ſe totos vi tempeſtatis permisêre, vna ſpe ſalutis in votis tantũ relicta. Patres infra nauis tabulata ſe receperãt, atq; ad naufragium, mortẽq; excipiendam per cõfeſſionẽ, mutuãq; hortationem, & preces ſe comparabant. Solus Ioſephus ſupra tabulata apprehẽſis rudentibus, oculis in cœlum fixis, aduerſus maris, tempeſtatiſq; ſæuitiã precibus pugnabat. Interim vnus è fratribus, vt ſuam excipiat confeſſionem, orantem interpellat. Negat Ioſephus id neceſſe eſſe: quid, inquit ille, nõne perimus omnes? negat iterũ Io-

Sæuam maris tẽpeſtatẽ precibus ſedat.

ſephus

ſephus. In ſpem alter erectus inſtat nihilominus aliquanto importunius, vt certius aliquod exprimat reſponſum. An non ſumus hic omnes mari abſorbendi? caſtigauit importunã cõtẽtionẽ Ioſephus non ſine aliquo reprehẽſionis acculeo, ideq; iam tertio negauit. Ergo, ſubiicit moleſtus interpellator, deſcendã idq; Patribus metu cõſternatis nunciabo. Vetuit id Ioſeph⁹: quid enim obeſſe poteſt illos eſſe in precibus? Ille Ioſephi promiſſio fretus acquieuit, rei exitum ſecurus expectans. Poſt paulò, vi tempeſtatis remittente, ſedato tandem mari periculum diſcuſſum.

Eodẽ in itinere Ignatius Toloſa Societatis Sacerdos in morbũ incidit; cumque Caput frigidum tenuiſſent, eũq; è naui in hoſpitiũ expoſuiſsẽt, in inteſtinorũ tormina verſa morbi vis eſt, & eo vſq; ſe intẽdens ſæuiit, vt ſpes vitæ nulla ſupereſſet; & iam deliberarẽt Patres, illicne eũ ſepulturæ traderent, an ad Sebaſtianenſe Collegium corpus exanime *Ignatium Toloſam graui morbo precibus ſanat.*

 repor-

reportarent? Interim Ioſephus cõſilium diſſimulans, fratrem curationum peritum, qui illius curæ præerat, quanuis deſperantem monet, ægroto remedium aliquod, ſaltem ad ſpeciem adhibeat; futurum omnino, vt non moriatur eo morbo, non tamẽ remedia abiiciat; neque quemquam de re ipſa alloquatur. Paruit conſilio frater, & hora circiter elapſa æger alleuatus eſt, priſtinamque tandem Dei beneficio recepit valetudinem, atque vtinam eius ætas frugifera multorũ fructum diutiſſimè prorogetur. Id totum Ioſephi precibus impetratũ, magis quàm medicinæ virtute partum ſenſerunt omnes.

Zoſtere morbo periculoſè labo-rantem ope B. Virgin. ſanat.

ET multo iam antea Franciſcum Diazium comitẽ ſuũ graui, periculoſoque morbo liberarat. Ignis ſacri genus eſt ſupercutaneæ inflammationis acerbæ, ac periculoſæ, quẽ ſcriptores nobiles *Zoſterem* nominãt. Is in extima cute circa lumbos, dextero è latere naſcens cum acerbiſimo cruciatu, quaſi perpe-

tuo

tuo cinctu in orbem ſerpit: cuius ea natura eſt, vt, ſi extrema coeant capita, exigua admodum ſpes vitæ ſuperſit. Hic morbus Diazium inuaſit, cum Portus ſecuri ſedem Ioſephus cognoſcendi rerum causâ inuiſeret. Quare intendentibus ſe doloribus in dies, cum qui medicam manum admoueret nullus eſſet, ad diuinam æger implorandam opem ſe conuertit. Eſt in eo portu templum Virgini matri dicatum, cui ab Adiutorio eſt nomen. Hunc locum Societatis Patres, qui primi in Braſiliam traiecerunt, ſibi delegêre, cœli ſalubritatem, & ſitus amœnitatem ſequuti, ſed aliquantum longe à frequentia; quo fiebat ſæpe, vt, orto repente bello inter indigenas, gentem barbaram, & ad ſubitam iracundiam furentem, Patres locum deſerere, & ad frequentiam confugere cogerentur. Re igitur deliberata, inde ſe intra oppidum tranſtulerunt; manſit tamen loco religio, & reuerentia, iam inde à primis temporibus nata, cum primum Patres in ea

Templum B. Virginis ab Adiutorio.

loca venerunt; nam cum templum vna cum ſede ædificarent, & aliæ opportunitates ad victum ſuppeterent, vna aquæ potabilis copia deſiderabatur: eam ſuppeditauit caſus admiratione dignus. Arborem ingentem ſecus fabricam vnus ex operariis ligandi cauſa conſcenderat; cumque maximè ligna cæderet, repente conuulſa arbor ad terram cadens hominem innoxia molliter humi depoſuit, ſuaque ruina montis partem, cui adhærebat, ſecum traxit. Ex illo hiatu limpidiſſimæ aquæ fons erupit ad potandum adprimè gratæ; è qua cum variis morbis ægroti bibiſsēt, ſanati sūt: cuius rei fama diſſita multos ad eā regionē vndiq; exciuit, quorū aliqui religioſā ad eā ſacrā ædē peregrinationē obiêre: alij inde accerſitā aquam ad varia morborū genera certo reparatæ valetudinis fructu adhibuêre; ita vt tum Chriſtianorum, tum Ethnicorum ſermone celebrata aqua ſanctæ Dei Matris vocaretur. Hanc ſedem vna cum templo, & aquæ cuſtodiam

ſtodiam nunquam poſt ſuum inde diſceſſum Patres deſeruêre: ſed ad religionem, piumque Chriſtianorum cultum conſeruandum, ac confouendum, Oratorij, ſeu Heremitorij nomine locum retinuerunt. Ad hoc B. Virginis templum, quaſi ſe voto obligans, petiit ægrotus à Ioſepho, vt pro ſe Miſſæ die poſtero offerret ſacrificiũ: id ſe facturũ promiſit Pater; interim tamẽ inquit, vnge morbi locũ oleo ex lãpade, quæ ardet ante ſacroſãctã Euchariſtiã; nõ ægre erit Matri, nos pri⁹ ad opẽ à filio petẽdã cõfugiſſe. Ea inũctio dolorẽ mitigauit, & quaſi quidã præſsura futuræ valetudinis fuit. Poſtero die Pater ad templũ Virginis ſe cõtulit; promiſſique fidem liberauit. Eodem die, poſt Miſsã, cũ ſe aqua ex eo fõte ægrot⁹, qui vna venerat, abluiſſet, & dolore, & morbo prorſus liberatus eſt; vnaq; Bahyã Dei, diuinęque Matris laudes deprædicãtes peruenêre. Alio tẽpore (& videtur cum adhuc regeret prouinciã) è Ianuarieſi ſinu ſuperiora repetebat, cũ prætergreſſis inſulis, quæ ſinus oſtio obiacẽt, è

ſuo cubiculo prodiens Ioſephus gubernatorem admonet, altum vt teneat; futurum alioqui, vt illo die Caput frigidum ſine naufragij periculo flectere non poſſint. Gubernator, etſi ſatis proſperam nauigationem eſſe ſentiebat, Patris tamen monito in præſens obtẽperauit, inflectendo tamen ad ipſum Caput acceſſerunt, & cum leucas fermè ſex præteriiſſent, quod aſpera eſſet nauigatio, anchoram ad inſulam, quo venerant, iecerunt. Tum Ioſephus iterum prodiens, monet, quamprimum anchoram tollant: non ſane faciles aures præbere gubernator, nautæque quod quieta ſtatione ſe vti exiſtimarent: Ioſephus tamen acrius contendere, quamprimum id faciant; qui ſi tantulam moram interpoſuerint, non fore inde poteſtatem munia illa commodè exercendi: tum repente tanta ventorum vis ab Auſtro cooritur, vt contrahendis ſubito velis omni nautica turba occupata, anchoram vix cautibus auulſam aliquandiu arantem trahe-

trahere neceſſe fuerit. Quod incommodum Ioſephus non arte nautica, aut cœli obſeruatione, quarum rerum erant illi doctiores, præſertim ſuo gurguſtio concluſus prouidere potuit, ſed diuino monitu illi cognitum fuiſſe omnes vno conſenſu profeſſi ſunt. Id Lupus Fernandus colonus Ianuarienſis, qui vna nauigabat, iuratus teſtis aſſeuerauit.

IAM è Ianuarienſi ora Bahyam redierat, cum Emmanuelem Contium nondum Sacerdotem ad Sebaſtianenſe Collegium è Bahyenſi mittebat. Quæſiuit ille ex Ioſepho, quandiu ibi futurus eſſet; tum Ioſephus coniectis oculis in alterum, qui inde tum redierat rogauit quandiu ibi fuiſſet, reſpondit ille, triennium totum cum ſemeſtri: tantundem Contium ibi futurum Ioſephus atq; ita factũ eſt: quod totũ Ioſeph' reſpõdit, humanitus Scire nõ potuit, cũ ſuæ poteſtatis rem futurã non eſſe optimè ſciret: ſiquidem haud multo poſt adoleſcentis profectionẽ munus regẽdæ prouinciæ alteri conceſſit. Verum antequam

plane prouinciam depoſuit,in Bahyenſi Collegio graui proſtratus morbo iacebat Petrus Andreas Societatis Sacerdos. Ingreſſus ad eum mane valetudinarij miniſter ſenſit ægrotum ſolito grauius laborare,& eſſe periculum in mora.Accurrit ad Præſidem Prouincialem admonendum, vt ad vltimam ægroti confeſſionem excipiendam ſe conferret: diſtinebatur tunc temporis Ioſephus negotio, quo mature ſe expedire minimè poterat; & antequam ad ipſum valetudinarius plane peruenit,Pater illius nuncium præuertit,magna voce Ignatium Toloſam ſuo loco acciri iubet;qui ea, cui dabat operam, tantiſper confeſſione ſuperſedeat,dum ad ægroti,& morti proximi confeſſionem accurrit. Quo facto, confeſſioneq; abſoluta, ægrotus à mente abalienatus eſt;neque inde amplius rediit ad ſe. Hoc etſi neque ad prædictiones,neque ad miracula referri poſſe videtur,cognitio tamen rei abſentis, tanquam præſentis,præterquam, quod habet

Ægroti graue periculum abſens nouit.

&c ipſa

& ipſa admirationem, ex eodem hauſta fonte eſt, è quo & futurorum prædictiones, & curationum miracula manabant.

Ægroti languore ſtomachi ſanat.

ET, quoniam in ægroto homine id contigit, non incommodè videtur hoc loco aliud poſſe referri. Decumbebat frater alius eodem in Collegio, qui ex languore ſtomachi cibi genus omne aſpernabatur. Hunc inuiſit Ioſephus, rogatque ecquem cibum ſentiret ſibi fore gratum? Reſpondet æger: ſalitæ ſuillæ, aut pernæ fruſtum ſtomacho arridere. Iubet Pater id à penariæ cellæ cuſtode poſtulari. Negat penarius tale genus edulij domi eſſe: confert ſe Pater ad cellam, & ex pendula ciſta, in qua aſſati piſces aſſeruabãtur, piſcis fruſtum exſecat; quod cum ad ægrotum attuliſſet, in pernam optimã conuerſum erat. Id ægrotus magno cum voluptatis ſenſu manſum cum deglutiſſet, ſtomachus auidè retinuit. AEgrotus poſtea cum cellario eius duritiam queſtus quæ-

ſiuit,

ſiuit, cur id initio negârit, quod poſtea Ioſephus ſua manu attulit? Ille ſe purgans, vt, videas inquit, quam verè reſponderim, & quam pernam ad te Pater attulerit, afferam & ipſe ex eodem loco. Vadit, fruſtum alterum ex eodem abſciſſum piſce ad ęgrotum affert; quod ſtatim, vt prius, ipſo mirante cellario, perna, qualem ipſe optabat ægrotus. facta eſt; diuina clementia Ioſephi votis vel abſentis obſequente. Iaceret in tenebris miraculum prius niſi hoc alterum nouo euentu in lucem illud protuliſſet.

Ægrotum alteriorum eodem morbo ſanat.

ADDAM & aliud huic non abſimile. Decumbebat ipſe, vt ſæpe extrema ætate ſolebat, ex morbo; eodẽ tẽpore vnus è fratribus inualetudinario eodem, quo prior ſtomachi faſtidio, nauſeaque ægrotabat. Parauerant Ioſepho in prandium pullum gallinacium, quem acceptum, vt erat opertum in lance tradidit ad ęgrotum fratrem afferendum ſuo nomine; eique iuſſit nunciari, vt comederet; & neque in poſterum nau-

ſeam

ſeam vllam, aut faſtidium haberet. AEger pio aſſectu obediendi, ſancti ſenis virtute fretùs comedere auſus confeſtim melius habere cœpit; paucisque diebus diuina adiutus ope conualuit omnino. Hæc porro hocne, an alio tempore acciderint, incertum.

305

VITÆ.

IOSEPHI AN-CHIETÆ E SOCIETATE IESV

LIBER QVINTVS.

INTER has curas tum regendæ prouinciæ, fratrumque opportunitatibus inſeruiendi; tum Luſitanos, Braſiloſque iuuandi perpetua inualetudo, morbiq; aſſidui, hominem toto penè tempore, quo fuit in Braſilia, exercitum habuerunt. Initiũ autẽ habuêre morbi ab ea dorſi lu- *Eius inualetudo, & frequentes morbi.*

ſi lu-

ſi luxatione, quæ à primo ipſius tyrocinio per totũ vitæ curſũ illi moleſta fuit. Acceſsêre deinde varia incommoda frigorum, famis, itinerũ, fatigationũ, ærumnarumq; aliarũ, penè quotidianarum, quas incurrat neceſſe eſt, qui in eiuſmodi vinea Domini verſatur, quæ eſt crucis fructuum feraciſſima. Ac ſi nihil aliud accederet, quantam morborum, ac dolorum ſementem in neruis, artubus, compagibus, totoque corpore fecerat aduerſus ille caſus, cum homo tanta imbecillitate propè ſemihoram altis aquis coopertus hæſit in fundo fluminis, indeque extractus, madida veſte, cœlo pluuio iter perſequi multas horas in noctem multam neceſſe habuit? Tum perpetua, cui ætatem pene omnem aſſueuerat inſomnia, etſi illi quodam modo naturalis, corpus tamen, & ſpiritus eo leuamento fraudauerat, quod ex ſomni beneficio perciperent. Accedebat multa corporis imbecillitas morborum, & no-

& nouarum tentationum illecebra & perene nutrimentum: quæ etſi valida ætas, fortiter ſuſtinens, minus moleſta ſentiebat, iis tamen homini iam ſeni, & inualido haud facile erat reluctari. Itaq;, quantum de ætate viribuſque in dies deterebatur, tantum ad morbos, doloreſque accedebat. Inde & frequens decumbere, & pharmaca, curationeſque adhibere cogebatur.

Abſens qua longe euenere cognoſ-

In his languoribus adiuit aliquãdo valetudinarij miniſtrũ, quærit ex eo, quid in cubiculo operam inſumat fruſtra? reſpondet ſe litteras ad ſororem ſcribere Olyſſiponem. At cœlum ſubridens Ioſephus ait, ei literas dato; præſtat in præſenti mihi prandium parari: languebat enim ex morbo. Cognouit poſtea certis nunciis frater, ipſam illo ipſo tempore, quo ea loquutus Ioſephus erat, diem ſuũ obiiſſe. Petiit à Ioſepho ad illius animam iuuandam, vt Miſſæ ſemel ſacrificium offerret. Id tum ſe feciſſe reſpondit,

cum

loca venerunt; nam cum templum vna cum ſede ædificarent, & aliæ opportunitates ad victum ſuppeterent, vna aquæ potabilis copia deſiderabatur: eam ſuppeditauit caſus admiratione dignus. Arborem ingentem ſecus fabricam vnus ex operariis ligandi cauſa conſcenderat; cumque maximè ligna cæderet, repente conuulſa arbor ad terram cadens hominem innoxia molliter humi depoſuit, ſuaque ruina montis partem, cui adhærebat, ſecum traxit. Ex illo hiatu limpidiſſimæ aquæ fons erupit ad potandum adprimè gratæ; è qua cum variis morbis ægroti bibiſsēt, ſanati sũt: cuius rei fāma diſſita multos ad eã regionẽ vndiq; exciuit, quorũ aliqui religioſã ad eã ſacrã ædẽ peregrinationẽ obiêre: alij inde accerſitã aquam ad varia morborũ genera certo reparatæ valetudinis fructu adhibuêre; ita vt tum Chriſtianorum, tum Ethnicorum ſermone celebrata aqua ſanctæ Dei Matris vocaretur. Hanc ſedem vna cum templo, & aquæ cu-

ſtodiam

ſtodiam nunquam poſt ſuum inde diſceſſum Patres deſeruêre: ſed ad religionem, piumque Chriſtianorum cultum conſeruandum, ac confouendum, Oratorij, ſeu Heremitorij nomine locum retinuerunt. Ad hoc B. Virginis templum, quaſi ſe voto obligans, petiit ægrotus à Ioſepho, vt pro ſe Miſſæ die poſtero offerret ſacrificiũ: id ſe facturũ promiſit Pater; interim tamẽ inquit, vnge morbi locũ oleo ex lãpade, quæ ardet ante ſacroſãctã Euchariſtiã; nõ ægre erit Matri, nos pri⁹ ad opẽ à filio petẽdã cõfugiſſe. Ea inũctio dolorẽ mitigauit, & quaſi quidã præsfuturæ valetudinis fuit. Poſtero die Pater ad templũ Virginis ſe cõtulit; promiſſique fidem liberauit. Eodem die, poſt Miſsã, cũ ſe aqua ex eo fõte ægrot⁹, qui vna venerat, abluiſſet, & dolore, & morbo prorſus liberatus eſt; vnaq; Bihyã Dei, diuinęque Matris laudes deprædicãtes peruenẽre. Alio tẽpore (& videtur cum adhuc regeret prouinciã) è Ianuarieſi ſinu ſuperiora repetebat, cũ prætergreſſis inſulis, quæ ſinus oſtio obiacẽt, è

ſuo cubiculo prodiens Ioſephus gubernatorem admonet, altum vt teneat; futurum alioqui, vt illo die Caput frigidum ſine naufragij periculo flectere non poſſint. Gubernator, etſi ſatis proſperam nauigationem eſſe ſentiebat, Patris tamen monito in præſens obtēperauit, inflectendo tamen ad ipſum Caput acceſſerunt, & cum leucas fermè ſex præteriiſſent, quod aſpera eſſet nauigatio, anchoram ad inſulam, quo venerant, iecerunt. Tum Ioſephus iterum prodiens, monet, quamprimum anchoram tollant: non ſane faciles aures præbere gubernator, nautæque quod quieta ſtatione ſe vti exiſtimarent: Ioſephus tamen acrius contendere, quamprimum id faciant; qui ſi tantulam moram interpoſuerint, non fore inde poteſtatem munia illa commodè exercendi: tum repente tanta ventorum vis ab Auſtro cooritur, vt contrahendis ſubito velis omni nautica turba occupata, anchoram vix cautibus auulſam aliquandiu arantem trahe-

trahere neceſſe fuerit. Quod incommodum Ioſephus non arte nautica, aut cœli obſeruatione, quarum rerum erant illi doctiores, præſertim ſuo gurguſtio concluſus prouidere potuit, ſed diuino monitu illi cognitum fuiſſe omnes vno conſenſu profeſſi ſunt. Id Lupus Fernandus colonus Ianuarienſis, qui vna nauigabat, iuratus teſtis aſſeuerauit.

IAM è Ianuarienſi ora Bahyam redierat, cum Emmanuelem Contium nondum Sacerdotem ad Sebaſtianenſe Collegium è Bahyenſi mittebat. Quæſiuit ille ex Ioſepho, quandiu ibi futurus eſſet; tum Ioſephus coniectis oculis in alterum, qui inde tum redierat rogauit quandiu ibi fuiſſet, reſpondit ille, triennium totum cum ſemeſtri: tantundem Contium ibi futurum Ioſephus atq; ita factũ eſt: quod totũ Ioſeph⁹ reſpõdit; humanitus Scirenõ potuit, cũ ſuæ poteſtatis rem futurã non eſſe optimè ſciret: ſiquidem haud multo poſt adoleſcentis profectionẽ munus regẽdæ prouinciæ alteri conceſſit. Verum antequam

plane prouinciam depoſuit, in Bahyenſi Collegio graui proſtratus morbo iacebat Petrus Andreas Societatis Sacerdos. Ingreſſus ad eum mane valetudinarij miniſter ſenſit ægrotum ſolito grauius laborare, & eſſe periculum in mora. Accurrit ad Præſidem Prouincialem admonendum, vt ad vltimam ægroti confeſſionem excipiendam ſe conferret: diſtinebatur tunc temporis Ioſephus negotio, quo mature ſe expedire minimè poterat; & antequam ad ipſum valetudinarius plane peruenit, Pater illius nuncium præuertit, magna voce Ignatium Toloſam ſuo loco acciri iubet; qui ea, cui dabat operam, tantiſper confeſſione ſuperſedeat, dum ad ægroti, & morti proximi confeſſionem accurrit. Quo facto, confeſſioneq́; abſoluta, ægrotus à mente abalienatus eſt, neque inde amplius rediit ad ſe. Hoc etſi neque ad prædictiones, neque ad miracula referri poſſe videtur, cognitio tamen rei abſentis, tanquam præſentis, præterquam, quod habet

Ægroti graue periculum abſens nouit.

& ipſa

& ipſa admirationem, ex eodem hauſta fonte eſt, è quo & futurorum prædictiones, & curationum miracula manabant.

ET, quoniam in ægroto homine id contigit, non incommodè videtur hoc loco aliud poſſe referri. Decumbebat frater alius eodem in Collegio, qui ex languore ſtomachi cibi genus omne aſpernabatur. Hunc inuiſit Ioſephus, rogatque ecquem cibum ſentiret ſibi fore gratum? Reſpondet æger: ſalitæ ſuillæ, aut pernæ fruſtum ſtomacho arridere. Iubet Pater id à penariæ cellæ cuſtode poſtulari. Negat penarius tale genus edulij domi eſſe: confert ſe Pater ad cellam, & ex pendula ciſta, in qua aſſati piſces aſſeruabãtur, piſcis fruſtum exſecat; quod cum ad ægrotum attuliſſet, in pernam optimã conuerſum erat. Id ægrotus magno cum voluptatis ſenſu manſum cum deglutiſſet, ſtomachus auidè retinuit. AEgrotus poſtea cum cellario eius duritiam queſtus quæſiuit,

Ægroti languore ſtomachi ſanat.

ſiuit, cur id initio negârit, quod poſtea Ioſephus ſua manu attulit? Ille ſe purgans, vt, videas inquit, quam verè reſponderim, & quam pernam ad te Pater attulerit, afferam & ipſe ex eodem loco. Vadit, fruſtum alterum ex eodem abſciſſum piſce ad ęgrotum affert; quod ſtatim, vt prius, ipſo mirante cellario, perna, qualem ipſe optabat ægrotus. facta eſt; diuina clementia Ioſephi votis vel abſentis obſequente. Iaceret in tenebris miraculum prius niſi hoc alterum nouo euentu in lucem illud protuliſſet.

Ægrotum alteriorum eodem morbo ſanat.

ADDAM & aliud huic non abſimile. Decumbebat ipſe, vt ſæpe extrema ætate ſolebat, ex morbo; eodẽ tẽpore vnus è fratribus inualetudinario eodem, quo prior ſtomachi faſtidio, nauſeaque ægrotabat. Parauerant Ioſepho in prandium pullum gallinacium, quem acceptum, vt erat opertum in lance tradidit ad ęgrotum fratrem afferendum ſuo nomine; eique iuſſit nunciari, vt comederet; & neque in poſterum nau-

ſeam

ſeam vllam, aut faſtidium haberet. AEger pio affectu obediendi, ſancti ſenis virtute fretùs comedere auſus confeſtim melius habere cœpit; paucíſque diebus diuina adiutus ope conualuit omnino. Hæc porro hocne, an alio tempore acciderint, incertum.

305

VITÆ.

IOSEPHI ANCHIETÆ E SOCIETATE IESV

LIBER QVINTVS.

INTER has curas tum regendæ prouinciæ, fratrumque opportunitatibus inſeruiendi; tum Luſitanos, Braſiloſque iuuandi perpetua inualetudo, morbiq; aſſidui, hominem toto penè tempore, quo fuit in Braſilia, exercitum habuerunt, Initiũ autẽ habuêre morbi ab ea dorſi lu- *Eius inualetudo, & frequentes morbi.*

& nouarum tentationum illecebra & perene nutrimentum: quæ etſi valida ætas, fortiter ſuſtinens, minus moleſta ſentiebat, iis tamen homini iam ſeni, & inualido haud facile erat reluctari. Itaq;, quantum de ætate viribuſque in dies deterebatur, tantum ad morbos, doloreſque accedebat. Inde & frequens decumbere, & pharmaca, curationeſque adhibere cogebatur.

Abſens quæ longè euenere cognoſ

In his languoribus adiuit aliquãdo valetudinarij miniſtrũ, quærit ex eo, quid in cubiculo operam inſumat fruſtra? reſpondet ſe litteras ad ſororem ſcribere Olyſſiponem. At cœlum ſubridens Ioſephus ait, ei litteras dato; præſtat in præſenti mihi prandium parari: languebat enim ex morbo. Cognouit poſte certis nunciis frater, ipſam illo ipſo tempore, quo ea loquutus Ioſephus erat, diem ſuũ obiiſſe. Petiit à Ioſepho ad illius animam iuuandam, vt Miſſæ ſemel ſacrificium offerret. Id tum ſe feciſſe reſpondit,

cum

cũ à Deo ex hac vita educta eſt. Sed ex his, & ſuperioribus Ioſephi verbis licet conijcere, vtramq; rem illi diuinitus indicatam eſſe, & mulieris mortem, & fratrem in cubiculo fruſtra ſcribendis literis occupatum.

ATTEXAM aliud non abſimile, quod circa extrema illius tempora videtur contigiſſe. Literæ ad ipſum ex patria venerant à ſorore, quibus nondum reſignatis, & vnde eſſent, & quid ijs ſcriptum eſſet, præmonuit; multaque cum lætitiæ ſignificatiõne ſororem ſuam dixit graui, perpetuoque corporis dolore affectam, cùm diuina omni voluntate coniunctam, incommodum illud magna cum animi tranquillitate tolerare.

IN morbis porrò, quibus aſſiduè afflictabatur, curationibuſque talem ſe præbebat, qualem ipſius animi inuicta magnitudo, perpetuaque cum Deo communicatio, & toto illius vitæ decurſu perſpecta virtus non imperito cuilibet ſuadeat;

deat; vt pigeat de eo valetudinarij miniſtri teſtimonium referre, tanquam rem leuem, & minimè parem tantæ virtutis magnitudini: nullum vnquam ægrotum hominem ſe expertum eſſe minùs languentem in corporis doloribus, æquè fortem in patiendo, atque ad curationes, diætaſque obedientem, vel per ea ipſa tempora, quibus prouinciam regebat.

Amarum prandium ægrotus comedit ſilentio.

PHARMACHUM ſumpſerat, cùm eo ipſo die carnes illi ferunt in prandium cum amara cucurbita elixatas, quod per imprudentiam non animaduerterat is, qui illas coxerat. Senſit igitur, cùm guſtaſſet, amaritiem; itaque ægrè comedebat. Ratus valetudinarius ex pharmaco, & nauſea laſſatas vires eſſe ſtomachi, ad eum excitandum, Patrem hortatur ſtrenuè vt comedat; ſtomacho enim vires redituras. Tum ille ſibi vim faciens, quaſi multa cũ iucunditate manderet, valetudinario obediuit; hauſit etiam ex amara illa decoctione ruſtum iucũdi ſa-

menſum: quæſiuit deinde, an aliquid ex eo ſupereſſet alijs dandum; negante valetudinario, obticuit. Paulo pòſt ſenſit valetudinarius erratum, redit ad Patrem conſternatus: me cæcum, ignoſce, inquit, Pater, mea imprudentia te perdidi. Cui ſubridens Ioſephus: non me, ait, perdidiſti frater, ſed recreaſti potiùs; cum me voluerit Dominus tantulùm ſuarum acerbitatum deguſtare, cum è cruce pendenti fel, & acetum in potum ſunt oblata.

Leuatur regendi munere. SED creſcentibus in dies exerciti ſenis morbis, doloribuſque, fuit onere leuandus alios regendi, cùm ſe ipſa natura iam regere non poſſet. Id fuit haud ita multo poſt eius è Ianuarienſi ora cum Viſitatore Goueano reditum, anno eius ſæculi octogeſimo quinto, aut ſexto ineunte, ſeptimo eius Prouincialis adminiſtrationis: tot enim annis prouinciam tenuit, cùm ſeptuageſimo octauo ſuſcepiſſet. Succeſſor eſt illi datus Martialis Belliarmes.

POSI-

POSITO regendi munere, & leuatus vtcunq; ex morbo, ad inferiora Braſiliæ, vbi maximam vitæ partem egerat, redire iuſſus eſt: hæſitq; aliquandiu in Sebaſtianenſi Collegio: in multa tamen imbecillitate valetudinis, & variorum morborum conflictatione nunquam curam poſuit totum ſe in aliorum vtilitatem impendendi, ſtudio, atq; ardore animi naturæ imbecillitatem ſuperante. Diſcant hinc labores non timere, qui nimia indulgentia ſui, grati & meritis plus nimio concedendum putant. Scribit ipſe de ſe hoc tempore, cum in opere Braſilos iuuandi verſaretur ad Ignatium Toloſam. Corporis valetudo eſt quidem imbecilla, ſed ea tamen quæ gratiæ viribus adiuta ſe ſuſtentet: neque enim Deus ipſe deeſt, niſi ego ipſe mihi deſim. Itaque & peregrinationes ſuſcipere, & Braſilorum vicos obire, debileque corpus ad indigenas Catechiſmo erudiendos vtcunque trahere ei ſolemne erat: ac ſi quando,

Eius vita priuata.

quod neceſſe fuit ſæpiùs continge-re, inter ambulandum ipſum laſſi-tudo progredi prohiberet, ſubſiſte-bat tantiſper; ac regionis more in reti interquieſcebat, quod itineris comites indigenæ duobus affixum haſtilibus ſuſpendebant. Inde, re-creatis modica quiete viribus, iter perſequebatur, & , vt fortis Chriſti miles, nullam amabiliorem quie-tem ardentiùs optabat, quàm in a-nimarum ſalute procuranda nun-quam defatigari.

PRAEERAT per id tempus Se-baſtiani Collegio Ferdinãdus Car-dinius: cuius obedientia tum Ioſe-phus ipſe ſumma cum animi ſui iu-cunditate, tum cæteræ circà ſedes S. Vincentij, Spiritus ſancti, Sancto-rum, & Piratiningæ regebantur. Et vt intelligatur quantopere non mo-dò diuini Spiritus illius ſermones pleni erant, ſed ingenii etiam lumi-ne, & ſententiarum pondere effica-ces, non me pigebit, etiam hæc, quæ cuipiam videri poſſint leuia, conſe-ctari. Optabat vnus è fratribus An-

tonius

tonius Riberius cum ipſo viuere, eiq́ue familiariter miniſtrare; ad eum reſcripſit è ſinu Ianuarienſi in hæc verba.

EPISTOLA AD ANTONIUM RIBERIUM SOCIETATIS FR.

FRATER in Chriſto mihi chariſſime pax Chriſti. Satis ſcio te intelligere, quàm mihi gratum eſſet, pro meo in te amore, ſtudioq́ue tuæ progreſſionis ad virtutem, te mecum habere: ſed, quando Deo D. N. aliter viſum eſt, demus operam, vt cum illo coniuncti viuamus, eum nobis ſocium adhibeamus, qui in locis omnibus, omnibuſq́ue temporibus nobiſcum eſt: quem ſi quando à nobis noſtris malis moribus repellimus, ſemper tamen ad cordis noſtri fores adſtans pulſat; vt, aperto oſtio intret ad nos, ac diuerſetur nobiſcum, vnaq; cum ipſo Pater, ac Spiritus ſanctus adueniunt. Curandum igitur, ne

rum nobis algorem inijcit in animum, vt non modò internarum cogitationum guſtum nullum ſentiamus, ſed pias etiam omnes exercitationes; & ipſam quoq; religioſam vitam penitus faſtidiamus; noſq; ipſos ad libertatem, & humanas voluptates conuertamus. Atque ita prorſus fit, frater chariſſime. Contēde igitur frater ad brauium; magnū iter diuina adiutus ope adhuc feciſti: quantùm iam ſuperſit, Deus ſcit. Id breuiſſimum fortaſſe erit: ipſe tibi opem feret, ipſe te comitabitur. Caue ab eo te abiungas: nam, quanuis peregrinus tibi videatur in itinere, vt olim Diſcipulis Emmauntem proficiſcentibus, tamen ad illius ſermonis cor tuum inardeſcet, ſpiritualique ſolatio in via redundabit. Scio enim te perſæpe, quę illius bonitas eſt, ſpiritualibus hiſce delicijs abundare, prę ſertim porrigente illo tibi inter preces panem cœleſtium chariſmatum, & diuinam carnem ſuā in Angelorū conuiuio. Quòd ſi quando mentem

diuino ſolatio deſtitutam, tædioq; affectam languere ſenſeris, illud tibi remedio ſit, eius laciniam apprehendere, atque eum ad te verbis illis inuitare: *Mane nobiſcum Domine, quoniam adueſperaſcit, inclinata eſt iam dies*; noxque irruit tentationum, & ſolito crebriùs, impetrata facultate, ad ſacram menſam accedere. Confido enim diuini eius pabuli virtute, te ab ea menſa cùm receſſeris, lætitiæ plenum iter magna alacritate perſequuturum, donec cœleſtem teneas Ieruſalem. Has literas velim cum fratre altero N. communices: illius enim quoque causâ hæc ſcripſi; cùm vtrumq; veſtrum, omneſque fratres noſtros, quotquot in Societate viuimus, eius ſancti Spiritûs plenos eſſe velim, qui tanto cum rei miraculo hodierno die cœlitùs illapſus Apoſtolorũ animos cõpleuit: vt illius diuinis donis cõfirmati, nihil vnquam, quo illius impediatur in nobis gratia, committamus; ſed potiùs tanto aucti amico, tamq; digno hoſpite intra

tra noſtræ animę domicilium excepto, ad ſinem vſque vitæ eius dulci amore, conſuetudineque perfruamur. Ieſus Chriſtus vnà cum B. Virgine nobiſcum ſemper hæreant. Amen. E flumine Ianuario prid. Non. Iunias, ipſo Dominico die Pentecoſtes 1587.

Tuus in Chriſto Frater
IOSEPHVS ANCHIETA.

LICET, cùm alia, tum illud maximè ex hac epiſtola, tanquam ex paruo, contractoque exemplo, quanta in eius verbis vis ineſſet, intelligere ad hominum animos amore in Deum, ſtudioque pietatis inflammandos. Hæſit in vrbe S. Sebaſtiano ad annum eius ſæculi octogeſimum ſeptimum, vt ex eius vidimus epiſtola; eodemq; anno tranſtulit ſe ad ſedem Spiritus ſancti. Et, quoniam ſemel cœpimus eius ſpiritualem doctrinam delibare, ne id quidem præterire æquum viſum eſt, quod ex ipſa Spiritus ſancti ſede hoc ipſo anno ad Franciſcum

ſcum Eſcalantium ſcripſit; quem in ipſo Ianuarienſi ſinu ex Hiſpanica claſſe ab ipſo admiſſum in Societatem ſcripſimus.

EPISTOLA AD FRANciſcum Eſcalantium.

IESVS.

CHARISSIME in Chriſto frater pax Chriſti. Quoniam noſtra nauis, qua ad te literas dare conſtitueram, non ita breui iter factura erat, ſtatui nihilominus has ad te literas fortunę committere bonam illis, nobiſque, & verè bonam à Deo fortunam comprecatus; quæ eſt in Dei gratia, & amore ſemper viuere, & in eo ad finē vſq; vitæ perſeuerare. Huius rei causâ Deus te ab humanis rebus auellit, religioniq; inſeuit; teque in ea tot annos aluit, conſeruauitque. Caue diligenter, ne vel modicum quidem diffidentiæ cor tuum ſubeat: nam etſi in te, tuiſque rebus nihil

niſi

niſi miſerias, culpas, & magnam aduersùs hoſtium impugnationes imbecillitatem inuenias; à Deo tamen firmum tibi eſt auxilium, & omnia diuinæ gratiæ bona, quibus fultus præſidijs, certamina ſuperare ac de hoſtib⁹ triũphare tibi dabitur. Scio quidem te iſto genere vitæ eſſe contentum, deque eo perſæpe Deo grates agere: tamen intelligo, fiduciam tibi, vti dixi, opus eſſe, tum in Deo, tum in Præſidum tuorum charitate defixã, quos Dei loco habeas neceſſe eſt: ijs enim ſtudio illud eſt in primis, vt eſſe debet, perfectam vt virtutem aſſequaris, atq; ad eã rem omnia tibi adiumenta comparare. Caue, ne ad hunc ex animo tibi ſenſum euellendum, vlla ne tenuis quidem ſuſpicio ſubrepat. Quicquid alij ſeu ſentiant, ſeu ſuggerant, illud tibi perſuade, te in iſto eſſe Collegio tantùm vti tuam ſalutem à Deo conſequare. Da operam, vt ipſe ſaluus fias, & hoc contentus eſto, ita tamẽ vt, cùm intra animum tuum fratres omnes

interno amore, ac reuerentia proſequaris, eoſque virorum ſanctorum numero habendos eſſe ſentias, tua tamen conſuetudo, & colloquia cum ijs præcipuè fiat, quorum tibi vtilem, moreſque ad fructum pietatis prodeſſe ſenties. Beatam in primis Virginem Reginam noſtram, perpetuam tota vita adiutricem fac habeas, eique de me interdum preces offer. E ſede Spiritus ſancti, in qua frequens tui memor ſum. 14. Kal. Ianuarias 1587.

Tuus in Chriſto Frater.

IOSEPHVS ANCHIETA.

PAREM planè pietatem, diuinique Spiritus virtutem duæ aliæ ad eundem epiſtolæ continent; quę, quia prodeſſe poſſunt, ſtatui eas nō omittere: tum ob eum, qui percipi ex ijs fructus poteſt, tum vt ijs ſatisfaciam, qui aduersùs hunc virum aliquam reuerentiam conceperunt; vt his legendis, ipſum ſibi præſentem, & loquentem audire videantur.

IDEM

IDEM AD EVNDEM.

IESVS.

FRATER in Chriſto chariſſime pax Chriſti. Magnum fructum cupio, cum mecum ipſe cogito, quibus bonis Deus adhuc te auxerit, augeatque in dies, & qui largè in te ſuam manum effudit, effundet adhuc largiùs dehinc: etenim illi inſitũ eſt benignè facere, cùm ſit ipſe ſummum bonum, infinitaque bonitas; quæ quantò latiùs emanat, tanto ampliore ipſe gloria dignus eſt. Decet igitur te cordis ſpatia proferre, quò poſſis id totum; quod Diuina maieſtas paratum tibi habet, quòd certè multum eſt, excipere: ſed neceſſe eſt, omnem inde amorem, qui aut Dei non ſit, aut in Deum non tendat, eijcias. Confide multùm illius diuinæ gratiæ; nam qui prima tibi mediaq; tam ſecunda, ſecundiora etiam vltima in Societate largietur; quæ non ita longè iam abeſſe cogitaui, vt quàdiutiſſimè viuas, plurimumque in diuina

quela eſt. Is verò totius rei cardo eſt, non loqui, ſed operari & boni eſſe ſtudioſos; neq; aliam loquutionē noſſe, quam quæ ſapit obedientiā. Hęc enim omniū maximè à Deo intelligitur; hæc propria ipſius loquutio eſt, & vndè abeſt obediētia, truſtra ibi cum Deo prolixa colloquia miſcentur, non enim exaudit ſermonem, qui aut ſine, aut præter obedientiā ab ore funditur. Hinc ſatis intelliges, ſi quando te obedientia ita in opere habeat occupatum, vt ad orandum tempora non ſuppetāt, ipſam pro te obediētiam orare; eamq; ille audit, qui factus eſt obediens vſque ad mortem. Spero, quæ Dei in te bonitas eſt, te hanc rationem optimè tenere, & obediendi operam in orandi vſum conuertere; cùm inter aggrediendū opus, & continuandum, mente in Deum coniecta, operam ſubinde illi offeras in ſacrificium; abſolutoq; opere illi gratias agas, qui te dignū fecerit, vt in eius obſequio occupareris, atque in re, quam certò

ſimo in Chriſto Irmao pro Hiſpanico Hermano.

ſcires

ſcires ipſius eſſe voluntatis. Tum, ad elapſa tempora recuperāda, ſcis, cùm ſubinde datur, Dominicos, feſtoſque dies reliquos tibi aſſumere, Miſſæ ſacrificio ſæpiùs aſſiſtere, orandi ſpatia proferre, quo tempore Deus tranſactos obedientiæ labores diuinis ſolatijs compenſat. Verùm illud hoc loco te monitum volo: te per hæc tempora magnum æs alienum contrahere. Quæres, quodnam? nempe vt Deum pro me depreceris, atque hoc æs alienum debetur charitati: cui cum maximè debitum redditur, nunquam tamen reddendi, nec debendi finis inuenitur, nam, quod debitum ſoluimus, idipſum ei debemus: itaq; quantò plura ſoluuntur, tantò plura ſuperſunt, quæ debentur. Neque ea res mediocri mihi voluptati eſt, te mihi talem debitorem obueniſſe, quē ſcio multo meliorem, plenioremq; mercedem rependere, quàm quantum mihi debeatur. Atque hac ratione tibi multò plus, quam impendis ad tua lucra accedit; euadiſque in

in dies hac ratione inſumendo, ditior. Deus, pro ſua liberalitate te ſemper ſuis immēſis augeat diuitijs; quibus & tibi, & tuis fratribus egētibus fructui eſſe poſſis. Fratribus Aloyſio, Hernando, Tinocio, & quibuſcunque volueris, poteriſque peto à me multam in Domino ſalutem dicas. E Præfectura Spiritus ſancti Non. Iul. 1591.

Tuus in Chriſto Frater
IOSEPHVS ANCHIETA.

INTERIM in eadem Præfectura Spiritus ſancti conſuetis exercitationibus, laboribuſq; in opere iuuādi proximos ſummus laborū cōtemptor verſabatur. Quod verò vacui temporis ab opere, & quietis à valetudine dabatur, id totum ad ſcribendum, & memoriam rerum conſignandam conferebat: ſcribebat autem iuſſu Præſidum rerū hiſtoriam à Societate Ieſu in Braſilia geſtarum. Cuius partem anno ante, quā mortuus eſt, ſe iam confeciſſe, & paratum habere exemplū, quod *Eius occupationes, & ſtudia extrema ætate.*

Romam

Romam mittere iubebatur, ſcripſit ad Emmanuelem viegam, quē Maramomiſris Apoſtolū, vti ſuprà demōſtrauimus, reliquerat. Circa hæc ipſa tempora, cū adhuc inter varias tentationes reliquiæ nonnullæ priſtini vigoris ſupereſſent, acciſæ illæ quidē & imminutę, ſed tamē per interualla repullulātes videtur id cōtigiſſe, quod Antonij Sequerię teſtimonio cognitum eſt. Is enim publicus ad ciuitatis tribunal ſcriba, & Cancellarius cameræ in oppido Sāctis poſt Ioſephi mortem teſtimonium ſua manu ſcriptum, & ſui officij ſigillo ſignatum dedit in hæc verba. Teſtis ſum, me cum Patre Ioſepho Anchiéta ſuperioribus annis Piratiningam iter habuiſſe, vnaque nobiſcum tres, quatuórve comites fuiſſe, eo itinere nullum aliud vinū habuiſſe, niſi vinum factitium ex melle, quod Ioſepho dederat vir pius illi familiaris Nicolaus Grillius. Id Ioſephus intra cucurbitā in lagenulæ modum conformatā gerebat; ea quadantal minuſculum (mēſura ei⁹ regionis eſt) capere po-

Aqua in vinum ſæpiùs conuerſa.

terat. Eo in itinere tres, quatuórue dies inſumpſimus; &, cùm ter diebus ſingulis, vt viatores ſolent, cibum caperemus, ad potum ex eadẽ cucurbita hauriebamus omnes: &, cùm ſuam quiſque ſitim extinguere contenderet; nunquam tamen colocynthinum œnophorum deſiit cuiquam abundè ſuppeditare: quin etiã quantùm vini in ſingulis comeſſationibus detraheretur, tantundem aquæ ſuperinfundi Pater præciperet; & tamen quoties cibum repeteremus, ſemper fidele vaſculum eandem copiã lecti, & probati vini, & omniũ iudicio melioris quã primi benignè reddidit: neq; quiſquam è toto comitatu dubitauit, quin id miraculo adſcribẽdũ fuerit, eratq; omnium fama euulgatum alia multa cum diuino miraculo coniuncta ab eodem Patre facta eſſe; omniumque iudicio Pręfectura tota vir ſanctus habebatur.

Hoc teſtimonium etſi in oppido Sanctis multis pòſt annis à Sequeria datum eſt, non tamen iter

mihi dedit, quamcunq; vellem mihi ſedem eligendi: non me libertas tāta delectat: eſt. n. ſæpe cū cæcitate cōiuncta, & periculo à recto itinere aberrandi; cū, quid ſibi maximè conueniat, diſpiciat nemo: valdeq; eſſet abſurdum, cū duobus & quadraginta abhinc annis omnem deme, deq; vitæ meæ rationibus poteſtatem libero Præſidū arbitrio permiſerim, nūc extrema hac ętate velle de me quidquam arbitratu meo ſtatuere. Me totum Patris Ferdinandi Cardinij, cū ad ſinum Ianuariēſē Rector Sebaſtianenſis Collegij proficiſceretur, poteſtati dedi: nunc diuinæ voluntatis fuit, vt comes P. Didaco Ferdinādo ad hunc vicum Reritibam in Spiritus ſancti Præfecturam, Braſilos iuuandi, doctrinaq; confirmandi causâ venirē. Cū his libentiùs operā pono, quàm cū Luſitanis: illos enim quæſitū in Braſiliam miſſus ſum: & fortaſſe diuina prouidentia conſtituit, vt comes eidē adiungar Sacerdoti, ad interiora gentis penetranda, aliaſq; errantes oues

oues ad Eccleſiæ caulas cogendas; vt, quando non alia ratione coronæ Martyrum compos eſſe poſſum, cõtingat mihi ſaltem inter itinerum aſperitates, ſummamq; rerum omniũ inopiã ab omnibus deſerto, atq; omni humano ſolamine deſtituto, in aliqua horũ mõtiũ rupe pro fratribus meis vitã relinquere. Hæc erãt admirãdi ſenis, & athletę fortiſſimi vltimę quietis vota optatiſſima.

Anno Domini 1592. ad Prouincialem Patrum conuentum Bahyam venit.

Circa annum 1592. venit ad Prouincialem Patrum conuentum Bahyam. In eo conuentu lectus eſt Aloyſius Fonſeca, qui de Prouinciæ rebus Romam procurator mitteretur, homo exiguis viribus, & imbecilla valetudine. Attulit vni è Patribus Pernãbucenſis Collegij, qui conuentui non interfuerat, pro eo, quo erat in Fonſecam amore, ea electio ſolicitudinem; eaq; de re ad Ioſephum admirationis plenas literas dedit; quî fieri potuerit, vt in eam electionem conſenſerit, tanto cum periculo hominis inualidi, & infirma corporis conſtitutione? Et, quando

quando ita conſtitutum erat, petiit ab ipſo, ad ſe ſaltem vt ſcriberet, an eſſet rediturus. Ad eum ita reſcripſit Ioſephus; vt, cùm de ſe nihil diceret, electionis tamẽ dignitatẽ integra fide his verbis tueretur. P. Aloyſius Fonſeca eò tendit, quò eũ Deus mittit, & iubet proficiſci: & quanuis infirma valetudine nauim conſcenderit, tamen cùm oram iſtam ad Pernambuci conſpectum adnauigaret, meliùs habebat; magnaq́; ei ad valetudinem acceſſio facta erat; qui, etſi magno ſuo cũ incõmodo, tamen incolumis perueniet, quo mittitur, negotiaq́ue ex ſententia, multa cum omnium probatione tranſiget; indeq́ue eo redibit, vbi ipſi à Deo itinerum finis conſtitutus eſt. Nunc, quando ita Deo viſum eſt, nos ad illius ſanctiſſimam voluntatem adtemperemus, neceſſe eſt. Hæc omnia, vti Ioſephus prę monuerat, contigerunt. Fonſeca enim ſatis bene confirmatus in Luſitaniam, indeq́ue Romam venit; trãſactiſq́; feliciter rebus omnibus, in re-

ſtatuit omnino diſcedere; quòd ſi ſe mori contigerit, leuem fore iacturam; multoq́ue id præſtare, quàm tanta iam ætate minus obedientis exemplum iuuenibus relinquere. Et videtur Deus illius obedientiam ratam habuiſſe: nam profectus præſēti incommodo leuatus vitam traxit adhuc anno diutius.

Reritibã redit.

REPARATA vtcumque inter aſſiduos languores valetudine, cum ſatis virium eſſe viſum eſt, rediit ad ſuos labores repetēdos Reritibam. Ibi, cum iterum tentatiuncula redeunte, decumberet, nocte quadã, qua erat in omnes charitate, & ſtudio rebus in omnibus iuuandi, ſurrexit è cubili ad pharmacum ægroto alteri temperandum; nam hanc quoq; peritiã tenebat: &, vt erat languidus ex morbo, & ætate, diuturniſque incōmodis confectus, inter operam, rigore ſuperueniente, humi concidit. Eo caſu morbus auctus in ſextum vſque menſem hominem lecto affixũ tenuit, variantib' morbi viciſſitudinibus, modo lenioribus, modo

loribus ſuperuenientibus, veteribuſque acriùs recrudeſcentibus, grauiùs cœpit habere, donec euoluta tertia hebdomade, ſacroſanctum ad ęternum iter Viaticum, & extremam poſtulauit inunctionem. Vtriuſque compos factus Sacramenti non longo interuallo interiecto, eodẽ die poſtremũ deuenit in agonem. Is fuit 5. Idus Iunias anno 1597. præſentibuſque è Societate quinque, qui in eo vico reſidebant Sacerdotibus, ſemihoræ ſpatio, quã cœpit agere, purgatam animam ſuo conditori reddidit; cùm inter agẽdam tanta animi, corporiſque tranquillitate fruetur; vt non morte diſſolui, ſed intentis precibus, vt ſolebat, cum Deo coniungi ſpiritu viuens videretur, qui moriens animam, ſpiritumque in ipſum penitus transfundebat; oculis ſubinde ſignificans, grata ſibi eſſe monita, quę ad memoriam æternorum à præſentibus ſuggerebantur. Annum agebat ætis quartum & ſexageſimum, in Societate ſeptimũ & qua-

Illius mors anno Do. 1597. die 9. Iunij.

Illius ætas.

dragesimum, è quibus tres in Luſitania, quatuor & quadraginta in Braſilia tranſegerat.

Avdita eius morte, magna animorum in omnium ordinum hominibus commotio facta eſt, tum è Societate, tum è reliquis omnibus communis Patris amiſſionem lugentibus. Sed indigenæ maximè iacturam ſenſerunt: intelligebant videlicet, quantum de ipſorum commodis in illius deſiderio deperiſſet. Eius corpus ſacerdotali indutũ ornatu, arca lignea incluſum, poſt biduum funebri pompa, indigenarum ſubcollatione ad oppidum Spiritum ſanctum deportatum, proſequẽte de Societate Ioannes Ferdinando cum ſacerdotali ſtola linteato, & Reritibanorum magna multitudine cum funebri lamentatione, & precatione. Et cum quatuordecim leucarum iter confeciſſent, ſubcollatores tantum ab eo abfuerunt, vt fatigatione vexati flaccerẽt, vt vegetiores potius, validioreſq; iter cõfecerint, quã cœperant: quod idẽ de ſe Sacerdos

Eius corpus Spiritum ſanctam adſequltu defertur.

Ferdi-

Ferdinandus teſtabatur, cum tantũ-iter pedes confeciſſet.

Cum veniſſent ad portum, qui eſt ſub ipsũ oppidũ, cõfeſtim occurrêre Michaël Azeredius coloniæ Præfectus, Bartolomæus Simonius Pereria Epiſcopi Vicarius, qui Adminiſtratoris titulo ornatur, cum clero, Religioſi Franciſcani, qui ibi ſedem habent, Sodales à Miſericordia cum feretro ſplendidè ornato, & reliquæ confraternitates cum lænis, & funalibus, oppidaniq; reliqui. Interfuit ſub ipſum tempus antiquus Ioſephi familiaris Ioannes Soarius colonus Piratininganus: is pro ea, qua ſẽper Ioſephum beneuolentia, reuerentiaque proſequutus eſt, ab Adminiſtratore petijt, vt ſibi poteſtas fieret defuncti corpus videndi, à quo viuente tam ſalutaria monita, vitæque præcepta tam diu hauſiſſet. Et quidem is non ita multò antè, cùm poſtremis hiſce, qui ipſum confecerunt, languoribus afflictaretur, Spiritum ſanctum venerat, ægrotantẽque inuiſerat; cui digredienti: vale, *Funus, & exequiæ.*

inquit, fili; non enim poſthac, niſi in vita altera congrediemur; tu quidem hic me videbis iterum, ita tamen, vt ipſe te alloqui non poſſim. Impetrauit Soarius id quod petierat; ac dum pompæ proceſſio ordinatur, ac præmittitur, antequam in feretrum Miſericordiæ inferretur, aperta eſt arca, ſpectante Soario cum magno virorum aliorum numero; qui omnes teſtes fuerunt, nihil inde graueolentiæ efflari, cum triduo antè animam emiſiſſet; & nullo aduerſus putredinem condimento cadauer curatum eſſet; & nec ſine multa ſuccuſſatione itinere tanto translatum. Tum vera Ioſephum Soario prædixiſſe cognitum eſt, futurum vt ſe ibi videret iterum, nec tamen loqui poſſent inter ſe. Inde è portu in oppidum inſtituta ſupplicatio, defunctique corpus à Sodalibus Miſericordiæ ad fores vſque templi Societatis delatum, inde à Patribus in templum illatum. Ab Adminiſtratore, clero, & Franciſcanis exequiæ trium nocturnorum

Arca, qua eius cadauer ferebatur, aperitur.

norum officio, adhibita etiam ſymphoniacorum harmonia, celebratæ. Poſtero die ſolemni Miſſæ ſacro illi parentatum: inter ſacra audita eſt Adminiſtratoris concio; multaque quæ per ſuum famulum Deus admirāda ediderat, enarrata: neque veritus eſt vir tanta auctoritate illum inter dicendum Braſiliæ Apoſtolum nominare, multaque alia adijcere Dei D. N. gloriam, & defuncti laudes augentia. Ingens tum pridie inter ſupplicationem traducendam, tum eo die inter concionem audiendam lachrymarum vis effuſa: omnes enim ingenti amore, reuerentiáque viuentem nunc vita functum mœrore, lacrymiſque proſequebantur, tantaque de illius ſanctimonia opinio manârat, vt multi de eius ſalute preces ad Deum facere obliti, illius ſanctæ animæ, tanquam cœleſti iam beatitudine donatæ, de ſe preces offerrent. Sepultum eſt in ipſo Societatis templo, in capella S. Iacobo dicata. Eius tumulus iuxta tumulū Gregorij

Serrani, de quo ſæpe facta mentio, ſitus eſt; & in hoc quoque altera Ioſephi prædictio vera declarata eſt. Huic Serrano aliquot annis ante mandârat Ioſephus, cum adhuc prouinciàm adminiſtraret; vt è Bahyenſi ad Sebaſtianenſe Collegium ſe transferret. Obiecit illi Serranus: ergóne me Pater eiicis à te? iſtud vero, inquit Ioſephus, nullo modo; quin etiam verba S. Baſiliſci ad S. Chryſoſtomum Latinè ſubiecit. Vade frater, non longa enim dies nos loco coniunget. Iuit S. Sebaſtianum Serranus, indeque poſtea ad Spiritum ſanctum miſſus, ibi diem ſuum non multo ante obierat, & cum eius tumulo Ioſephi tumulus coniunctus eſt.

Hactenvs exiſtimo, quibus quantiſque laudibus excelluerit; quantoque diuinæ gratiæ gradu communem hominum menſuram hic admirandus vir exceſſerit, ex iis quæ narrata ſunt, ſatis eſſe explicatum. Sed illud maiore admiratione, imitationeque dignum, quod tam excel-

excellentes virtutes arte admiranda humilitatis velo ita obtegebat, vt ipſam etiam virtutem humilitatem deprimeret: non enim ille ſua facta eleuando humilitatem præferebat, ſed ſplendorem, qui ex ipſis erumpebat, ne emanaret, per multam diſſimulationem obſcurabat. Quiricius Caxa Societatis Sacerdos, multæ doctrinæ vir, cum poſt eius mortem in Bahyenſi Collegio in communi Sociorum conuentu de Ioſephi virtutibus quæreretur, hoc illi teſtimonium dedit: nihil ſe in Ioſepho tam admirari, atque ſuſpicere, neque vllius rei magis exemplo commoueri, quam quanta efficacitate dona, quibus, & à natura, & à Deo ad omnia ſumma eſſet inſtructus, obtereret, ac pro nihilo duceret. Qua ex re factum eſt, vt, quamuis omnibus, quandiu vixit, eſſet admirandus, multo tamen poſt mortem illius magis aucta ſit exiſtimatio: multi enim illo vita functo, ita de eo, deque eius virtutibus loquebantur; vt non modo eius per-

tractandis laudibus ſatiari nó poſſent, ſed etiam à Colloquiis eò ardore animi diſcederent; vt, nouis cóceptis votis, maiore ſe ſtudio excitari ſentirent ad virtutem. Quod de ſe ipſe quoque Petrus Roterigius, qui Prouincialis præſes in Braſilia quatuor de rebus eius quaſi teſtis oculatus ſcripſit libros, teſtatur: id tamen, quandiu vixit, non ita paſſim fiebat: quin etiam quæ admirationi eſſent, ſilentio potius obtegebantur, nec mirum: Deus enim illo ex oculis ſublato, hominum mentibus velamen amouerat, quod viuentis humilitas obducebat. Sed nó poſtremum obtinet locum in eius laudibus ingens ardor animi in opera præſtanda indigétibus: quamuis enim aduerſante valetudine, lãguoreque corpus retardante, nunquam tamen ſibi parſit, aut labori ſe ſubduxit, quæcunque res difficilis, aut ardua ſe offerret, quin, quod de ſanctis Gregorio, Hieronymo, alijſque ſcriptum legimus, contra vim dolorum, morborumque cótende-

tenderet; magnoque animo ad id quod ſe offerret, quaſi ſua incòmoda non ſentiens aggrederetur, omniq; cura, contentioneq; perficeret.

NEQVE eſt in minimis ponenda ea laus, index animi de ſe humilime ſentientis, ſanctamque religionem adprimè venerantis; nam, cum more, inſtitutoque Societatis ſinguli iubeantur quotannis ſæpius poſtulare à Præſide, vt pęna aliqua ſibi irrogetur, ob ea, quæ interdũ, vt ſunt humani lapſus, aut à Societatis legibus, aut à recto religioſi ſtudij tramite exerrarũt; id ille, poſitis humi genibus magna cum animi ſubmiſſione ſupplicabundus expoſceret. Quo fuerit ad humana omnia ingenio, quantaque facultate ad amœniora ſtudia præſertim excolenda, etſi id ille in minimis habuit, & nõ niſi ad communem vtilitatem eſt vſus, non tamen eſt æquum nos ſilentio præterire. Nam, præter Quiricij Caxeæ teſtimoniũ potuimus ex iis, quæ ſuprà narrauimus, leonẽ ex vngulis agnoſcere. Multa præterea

Cum pœnas ob quotidianos lapſus expoſceret ad Præſidis pedes genua pauebat.

Latino carmine, Luſitanico, Hiſpanico, Braſilicoque conſcripſit; quæ verus contemptor ſui, vti ſupra docuimus, ita aliis diſtribuit, vt ne vnã quidem literam ſibi retinuerit. Illa tamen vt multæ frugis ad conſequẽtium temporum vsum Patres conſeruanda eſſe iudicarunt; Drama, quod ille nondum Sacerdos S. Vincentij dedit, poẽma de B. Virginis vita verſu Elegiaco; Braſilicam Societatis hiſtoriam, & vitas clariorum Patrum, qui in Braſilia vixerũt. Sed primæ eius lucubrationes maximè frugiferæ fuerunt, ars Grammatica, aliæque ad linguæ Braſilicæ vſum obſeruationes: aditũ enim aliis aperuit, & viã tum ad eam linguam facili negotio percipiendã, tũ ad varias eiuſdem notandas dialectos expediuit. Ad hæc Catechiſmũ, aliaſque inſtitutiones, ad gẽtẽ Christiana religione imbuẽdam puerosque rudimentis variis exercendos, Braſilico idiomate cõſcripſit: cuius fructus operæ quantus ſit, Braſilica natio & iam inde ad hanc vſq; diem

ſentit,

ſentit, & ſenſura videtur in annos conſequentes. Clarum item præſtãtis illius virtutis teſtimoniũ citari poteſt opinio, quæ de illius paſſim habebatur ſanctimonia. Multi fruſta ex illius veſte adhuc viuentis refecta, loco ſacrarum reliquiarum ſibi adoptarunt; eaque in morbis, doloribuſque capitis præſertim certo cum ſalutis fructu adhibuerunt; eiuſque rei multi teſtes ſunt, & qui rei miraculum in aliis præsẽtes perſpexerunt, & qui ipſi de ſe teſtati ſunt. Graui lateris dolore angebatur quidam: inuiſit Ioſephus ægrotantem, petit æger vt ſibi liceat manicam ex eius veſte dependentem dolori admouere; eaque admota, omni prorſus morbo leuatus eſt.

TOTA denique illius vita magna fuit apud omnes veneratione; vt non modo eius conſilia, ſed dicta etiam plurimi fierent. Nam, vt omittam Ignatium Azebedium, Emmanuelemque Nobregam ſolitos ipſum, vel eo ipſo tẽpore, antequam

Sacerdos factus eſt, magnis in rebus & conſiliarium, & ſocium, ac quaſi collegam adhibere, viri primarij multi ita illum ſuſpiciebant, vt nō auderēt in rebus pręſertim magnis illius dicto aduerſari. Hieronym⁹ Leitanus, qui Vincētianā Pręfecturā annos circiter viginti rexit, magna ſemper in æſtimatione illius in rebus omnibus habuit ſententiam. Petrum Leitanum primùm Braſiliæ Epiſcopum dicere ſolitum ſuprà retulimus; ſe vni huic Canarino plus, quā reliquis omnibus tribuere, eum magnū Dei famulū vt in minimis nominabat: magnū eſſe di-dicebat Societatis luminare. Societatem in Braſilia aureum eſſe annulum, eius gēmam eſſe Ioſephum Anchietam. Proximè etiam dictum eſt ab Adminiſtratore Eccleſiaſtico in funebri, quem de eius laudibus habuit, ſermone, Braſiliæ Apoſtolū fuiſſe nominatum. Mitto hoc loco Didaci Floreſij, Regiæ claſſis Præfecti, aliorumque, quos ante commemorauimus de ipſo iu-

dicium

dicium. Ab eadem, qua fuit apud omnes auctoritate multis in eorum periculis ſaluti fuit. Certi cuiuſdã oppidi colonus grauiter aduersùs coloniæ præfectũ deliquerat, eratque crimen capitale: ſtatuerat Præfectus, in eoque magna iracundia animum ſeuerè obfirmârat, reum extremo ſupplicio afficere: Ioſephi tamen victus precibus iniuriam delinquenti condonauit, eumque in priſtinam gratiam recepit, cum alioqui negotium inſuperabile videretur. Pari acerbitate animi rei cuiuſdã præſidij Præfectus irritatus præſidiarios duos ob ipſorum cõmerita capitali ſententia punire conſtituerat: cumque multorum preces de miſerorum ſalute repudiaſſet, accedente ad illorum cauſam Ioſepho, tantus Præfectum pauor, vt ipſe poſtea faſſus eſt, occupauit, vt ei liberũ permiſerit, quidquid vellet de vinctis conſtituere. Ioannes Fernandius Brunus, vir honoratus, & locuples, Luſitanos duos ſibi infeſtos grauium iniuriarum reos fecerat; eratque

eratque illorum caput in diſcrimine. Ad hominis placãdum animum, veniamq; iniurioſis impetrandam, multi honeſti viri, in iiſq; etiam Patres aliqui de Societate accedentes nihil profecerũt: adit hominem ægrotantem multa prece, & fiducia in Deum confirmatus Ioſephus; eiuſque aduentu ægroto diuinitus mens iniicitur, Ioſepho concedendum quidquid peteret. Ita nullo negotio duorum calamitoſorum aduerſus immobilem animi duritiam diuina ope ſalus impetrata.

HAEC de viro omnium iudicio virtutis admirandæ habui dicere; digno illo quidem meliore præconio: ſed clara celebri fama virtus non tam ſcriptorum lumen deſiderat, quàm ipſius ſplendore ſcripta ipſa illuſtrantur. Meũ certè cõſilium in hac qualicumq; ſcriptione nõ fuit lucẽ, aut fumum dare; neq; virum ſummis dignum laudibus exornare, ſed eorum imperio parere, qui pro ſuo iure mihi id oneris impoſuerunt; &, quãtum pro mea tenuitate poſſem,

poſſem, effigiem perfectæ virtutis, & excellens religioſæ vitę exemplũ in eo viro proponere, qui hæc in ſe ſuaque vita tam ad viuum expreſſit. In quo cum admiratione, tum inprimis imitatione digna multa perſpexerimus, torporem noſtrum ad perfectam religionis menſuram poſſemus, qui in hoc ſtudio languemus, excitare: quod ſi aſſequutus ſum, eſt quod diuinæ Bonitati gratias agam: ſin minùs in ſanctis hiſce cogitationibus curas meas occupaſſe] non me pœnitebit.

Laus Deo, Beatæq; Virgini Matri, & Sanctis eius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DEVILLE in ſacra Theologia Magiſter, in Sancti Pauli huiuſce Ciuitatis Canonicus, Librorum Cenſor in hac Lugdunenſi Diœceſi deſignatus: fidem facimus nos hunc librum cui inſcriptio eſt, *Vitæ P. Ioſephi Anchietæ Societatis* IESV, *authore Sebaſtiano Beretaria ex eadem Societate*, vidiſſe; nihilque Catholicæ, & Romanæ fidei contrarium in eo inueniſſe. Lugduni apud Sanctum Paulum 5. Idus Octobr. MDCXVI.

DEVILLE.

R. D. D.

R.D.D. Thomæ de Meſchatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA FAYE, Comes, Canonicus, & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Opus inſcriptum, *Vita P. Ioſephi Anchietæ Societatis* IESV, *authore Sebaſtiano Beretario ex eadem Societate*, vt in lucem edatur facultatem concedo Lugduni 5. Idus Octobr. 1616.

Meſchatin la Faye.